OCTAVII PISANI POEMA PIETATIS CAROLI MAGNI.

Ad Inuictissimum, & Augustissimum Galliarum Regem Christianiss.

HENRICVM IIII.





ROMAE,

Apud Gulielmum Facciottum. M DC III.

Superiorum permissu.








OCTAVII PISANI PIETATIS CAROLI MAGNI

LIBER PRIMVS.





ARGVMENTVM.

FRANCI iactati bello ſeſe in caſtra recipiunt, Carolus deinde ſequitur, & concilio accito iubet pugnari, portentum interea perturbat animos, Carolus induſtria quadam exponit eos bello.

Interea Romani, & Gothi concilio ſedent, & volunt rurſus bello inſtare, venit Tarpeia, & portat capud quoddam,qnod Caroli putabat, quare reprimit illorum impetum.

PIPINIDOS Caroli pietatem concine muſa
Iactatã bello,ſocijsq.errãtibus illam,
Qua extorſit RomamGotbis,& reddidit augens (vterque
Imperio ſacri Atlantis, cum Conſul
Ingenti francam afflixit ſtrage obſidionem;

Tu vero, ſimilem quem extollunt geſta nepotem,
Et pietate virum proauita, & laude cluentem,
Seu gladio ſternis, ſeu ſceptro pectora mulces,
Induis alterno in galeam ſeu more coronam,
Quarte Henrice heros titulo, virtuteq. prime,
Pone ſupercilium, noſtriſq. adlabere cœptis,
Da facilem curſum, votiſq. aſſueſce vocari,
Vatum, namque nouis coeunt nunc ſydera formis,
Magnus ab integro, & ſtellarum naſcitur ordo,
Alcidis laudes, victricis geſta mineruæ
Inachidis merita, atque horrentia gonis ora
Iam linqnunt geſtare, omnis variatur imago,
Nam ſerpens varijs, queis tergus inhorruit aſtris,
Exprimitur iam nunc furor ingenti ore Draconis,
Quem tu ſublimem atque potentem vulnere ſtraſti,
Palladis & clypeus ſtellis queis fulgidus arſit,
Diſtincta ſcuto tua nunc conſtantia fulget,
Quæ induit in lapides hoſtilia corda rebellùm,
Iam leo regali cor ſydere quoue coruſcat,
Cor præfert Henrice tuum pietate clueſcens,
Non ſecus ac radijs, Delphin qua parte refulſit
Delphinus nunc ille tuus effingitur aſtris,
Laudibus hinc cælum diſtinctum pondere nutat
Ingeminans duplici libratas orbe choreas;
At iam terror, habet Francos. iam turbine fertur
Maſſa virum, cœci ſub nutu erroris eunt res,
Terror agit circum turbatis legibus actos,
Conſul vterq. furit, victor Franca agmina ſternens
Ingenti francam affligens ſtrage obſidionem
Soli pro portis Aſtolphus, & acer Auinus.

Exci-

Excipiunt reduces, castrorum atque aggere condunt
Romanos hostes patiuntur, & orsa superba,
Quòd si tum præsens victores cura subijsset
Rumpere castra manu, martemq. inuadere fessis,
Vltimus ille dies bello, francisq. fuisset,
Et iam iam præsens instantem cura monebat
Rumpere claustra manu, martemq. inuadere fessis
At circum eripiunt surgentes montibus vmbræ
Prospectum, subitis, & inhorrens nubibus aer,
Hinc vero tenebris, & dono noctis opacæ
Defensi franci, miserè se in castra reducunt,
Tum concurrentes magno cum murmure circum
Claustra fremunt, clangorq. virũ, fremitusq. rogãtũ,
Multa super Carolo, qui ignotis errat in oris,
Vt fama est dudum bello iactatus iniquo;
Aeolio hinc quales frænati carcere venti,
Quales Scillæis absortæ faucibus vndæ
Implebant castra illi murmureo vlulatu;
Dumq. ea per campum confuso marte geruntur,
Inuictus Carolus sub amica silentia noctis
Vulnera siccarat limphis, errabat & vmbras,
Exin conspectu Francos habet, & sua castra,
Hinc se aperit reducem primis custodibus, vnde
Iam deserta redit mœsta in præcordia virtus,
Insurgunt animi, recalent spe frigida corda,
Postquam introgressus multis amplexibus hæsit
Sparserunt lachrymas Franci inter gaudia lætas,
At prudens Carolus quacunque exposcit egestas,
Siue ægris, siue castris sub prælia fractis,
Fertur, nec prius absistit quam cuncta serenet,

Et iam voluuntur ſupremo ſydera lapſu ,
Cunctis prima quies ſomno gratiſſima ſerpit ;
At non infœlix animo Rex francus in vllos
Soluitur aut ſomnos , aut dat per membra quietem,
Sæuit nam pietas , qua Romam exoluere Gothis
Orſus , Pontificis ſummi reuerentia ſæuit
Ingeminant curæ belli , ſtant mente pericla ;
Ocyus , acciriq. duces , & cogier actos
Imperat , intentis hæc incipit omnibus vnus ,
O ſocij quali iactemur marte videtis ,
Namque aderit multo noſtrum de ſanguine Conſul
Infeſſos , ſtratos , iactatos , membra ſolutos ,
Quid vos arguitis è certis talibus , ergo
Quid ratio doceat miſeros , quoue vrget egeſtas
Expediam paucis , ne in nos audacior hoſtis
Inſurgat , properet ſucceſſu ne acrior ipſo ,
Audendum , audendum vitæ diffidite veſtræ ,
Sat melius,meliusq. duci cum poſcit egeſtas
Cædibus in medijs generoſam effundere vitam ,
Quam veluti captum caſtra prætendere morti
Sternit iter pietas,animoſaq. pectora firmat ,
Audentes ducit virtus, orſisq. ſecundat ,
Noſtis quid dicam , at quæ animo ſententia veſtro
En cedo , his dictis ſenior Amonius heros
Conſilij virtute potens , nec ſegnior armis
Hæc ait , audendum quamuis ſub turbine læthi
Verſemur,generis ſic virtus edocet ipſa,
Relligio , & pietas iubſis ingentibus vrgent,
His dictis miſeri languenti pectore plaudent,
Haud mora concurrunt primi Rinaldus , & Aglans

Fran-

Francorum decus, inde pares se quattuor addunt.
Othon, & Auinus, & Berlingherius, vna
Auolius properat, atque obiectant pectora bello,
Hi ratione docent quid rebus restet egenis,
Quandoquidem toto certandum corpore Campi,
Id superesse vnum nullam sperare salutem
Concepere omnes monitus, & pectore ab imo
Suspirant, altumq. recursant corde dolorem,
Ergo concurrunt turmis, & sternitur agmen
Castrorum longam per noctem, iam vndique surgunt
Languida collapsis versantes membra lacertis,
Nunc quis clangores illius pandere noctis,
Aut miseros posset lachrymis æquare labores?
Vadunt haud dubiam in mortem qua poscit egestas,
Tum Magnus Carolus effundi vota, precesq.
Imperat, in genua procumbunt ocyus omnes,
Ipse autem tollens oculos, mentemq. profundans
Soli iustitiæ, supplex se in brachia soluit
Numquam Aquila exhilarans soli sic lumina fixit,
Concordes precibus turmæ, votisq. manebant,
Cum subito ante vmbras oritur mirabile monstrum,
Namque duces inter, intentum ora precantumq.
Ecce leuis summo de sydere visus hiante
Fundere lumen apex, radiosq. exoluere cono,
Lambere & igne comas Caroli, & per tempora pasci,
Incensusq. ensem longe, positamq. coronam
Inuolui, & cunctis portentum spargere Francis,
Hibernæ pluuiæ, seu fusi grandinis instar,
Intremuere omnes, gelidus per dura cucurrit
Ossa tremor, rerumq. ignaris, atque salutis,

Tum vero augurium pauido exhorrescere corde
Incipiunt, sibi quisque timet portendere cælum,
Quisque monet longo fessos discedere bello,
Ne castra morti prætendant, seq. reseruent
Nec Romam Francis excindi posse lacertis,
Et vetitum esse pater Superum quod signet honore,
Scinditur hinc timidum studia in contraria vulgus,
Præcipitemq. ducem scelerato nomine dicunt,
Atque fugam tentant tacita sub nocte per vmbras,
At Carolus certum pietas quem conscia ducit
Huc illuc magnis curarum fluctuat vndis,
Dum secum cogitat ratio iustissima mentem
Misit, vt errantes tali sermone lacessat;
Et dubitatis adhuc vitam pro laude pacisci?
Horretisne ignem? quem ardenti corde petebant
Tot fidei testes? fidei vos siccine fidi,
Dixerat atque animo zelantes arsit in ignes,
Vno ardore gelus audens excindere tantos,
Quos timor obtruxit glacie, at nil obtinet instans,
Præcipitem immo ducem furere, & se voluere in orsa
Omnes narrabant, nec cælo velle parere,
Tandem summisso tollebant dicta susurro,
At magnus Carolus dubijs libratur iniquis,
Nam pietas vrget, pietatem hinc ardet in ipsam;
Clarior aduersis rebus, quam sæpe secundis.
Illustrem & sancto voluit sub pectore fraudem,
Nempe agere ignaros, simulat a speq. leuatos,
Postquam prætesum est belli, longiq. laboris,
Omninoq. voluut patrias exquirere terras,
Despecti bello, & nil magna laudis egentes,

Spemq.

Spemq. fugæ ſolam tentant prætendere morti ;
Quare defeßis reditu præferre recurſat
Congreſſum, fingens patrias ſe erumpere ad oras
Agmine compoſito, & ſimulans ſe inuadere martem
Vrbi, ſe ductum inſtare & maioribus orſis,
Quare diuerſis ſe opponent mentibus ambo,
Namq. hoſtes credent ductos reduci agmine francos,
In timidos quare erumpent, atq. obuia bella
Pandent, at franci vt patrias referantur ad oras
Sternent enſe vias, qua ſeſe eduxerit hoſtis,
Quare connixi incurrent, pugnamq. laceſſent,
Gratia ſi interea cæleſtis vota ſecundet,
Tnm licet afflictis rebus ſperare ſalutem,
Si peccata negent errorum aut conſcia culpa,
Illuſtri feßam concludere funere vitam ;
Omnia quæ poſtquam conſtantia corde recurſat
Magnanimus Carolus ducibus de more vocatis
Fatur, me iuuat en bellis expendere neruos,
Humanæ vires geminanti namq. labori
Cædunt, en cuncti languemus membra ſoluti,
Cædendum Roma, cogunt ſic namq. labores,
Et nimium duris vrgens in rebus egeſtas,
Namq. hoſtes reduces cernent maioribus orſis
Francos, concepta & plus in caluiſſe repulſa,
Et duros bello, nunc qua ratione quod inſtat
Expedier poßit, mentes adhibete docebo,
Agmine vos reduci diſponam, & pectore ficto
Mentior aßultus, vrbiq. inuadere Martem,
Aſt illi vt noſcent venientum fortia corda,
Et nos met victos neſcire abſiſtere ferro,

Comme-

Commoditasq. vrbis mulcebit pectora fessa,
Illorum, nolent capud obiectare perielis;
Spes & egestatis nos funditus exindentis
Sese offert socio nos contra insistere bello,
Vltro se excipient muris, taciti; manebunt
Hic nobis vacuo pandent sese æquore Campi,
Hinc potis ignotos cum laude reflectere greßus;
Assensere omnes, peruadit opinio mentes,
Talibus his simulans premit altum pectore sensum,
Quo scit venturos orsis instantibus hostes,
At senior Amon dicta hæc sub mente recursans
Obstupuit primo obtutu, at sensum inde recursans,
Ingenium ducis agnoscit, laudatq. tacendo,
Ipse dein Carolus captandam more quietem
Imperat, atq. cibos, iucundi & dona soporis;
Ipse autem Carolus tanto sub turbine rerum
Huc illuc oculos nequijt concludere somno,
Nam diuersa trahunt animum in contraria curæ;
Interea Roma excepti decernere coetu
Certant, tam longo quæ sit sententia bello,
Insomnem noctem circum custodia ducit,
Consilio hic Desidesirius sedet Induperator
Longæuus iuxta Vitiges, & Consul vterq;,
Serius, & summis Romæ de rebus agebant,
At circum educta distinctus sede senatus
Pandttur, & varijs, voluuntur in omnia curis,
Stipiades consul quos inter talibus orsus
O socij qua monstrat iter via prima salutis
Hac velis tendamus iter, & corpore toto
Regni certemus, laberintho maximus illos

Arror

Error agit, strage externa nam afflicimus illos,
Perditus vt fama est Carolus longe exulat, ergo
Partam captemus meliorem conditionem,
Instandum hinc bello, cernendum atq. vltima ferro,
Hæc ait, & tacuit, peruasit opinio mentes
Assensere omnes, subito fremit arma iuuentus,
Arma parant animis, præsumunt tempore bellum,
Ilicet erumpunt portis, iam funditur agmen
Torrentis pluuiæ, aut conducti fluminis instar,
Dumq. ea per per tenebras voluenti nocte geruntur,
Ecce autem aduersis sese obijcit aureum in armis
Pulcher eques, nitidoq. auro discriminat vmbras,
Qui proprius, propriusq. nitens læua quatit hastam,
Et frænum, at dextra velum sub mole tumescens,
Ocyus huic statio aduersa sese obtulit hasta,
Atq. prior placida venientem hac voce lacessit,
Fare age, quid venias? pacemne indicis an arma,
Ille autem breuibus responsis talia fatur.
Nuntius aduenio, da visere posse senatum,
Ordine namq. illic dicam interea orsa retractate,
Hæc quæcunq. fient, nam dictis magna rependam,
Haud secus, ac iubsi fatiunt, contra edidit ille
Ingredere ò quicunq. sies pede nostra secundo
Limina, iam nostris succede penatibus hospes,
Postquam introgressus concurrunt vndiq. aceruo
Spectantes, per cunctas fama nam diditur aures
Aduentasse virum, qui haud mollia dicta ferebat,
Quod postquam Desiderius tacita bibit aure,
Consilio accito facibus incendier vmbras
Imperat, & solio rursus consedit in alto,

Qui

Qui ſimul ac toedis totus apparuit altis,
Obſtupuere omnes picti diſcrimina ferri;
Tum Deſiderius placido hæc prior edidit ore,
Dic vir cuius egens veniſti, quæ tibi mens eſt,
Illa autem galeæ reſerat munimina ductæ,
Et ſic Tarpeia affuſſit, quam fama locuta eſt
Aque conſpectu, ac belli virtute decoram,
Attilæ adæptiuá eſt, & auita laude clueſcit,
Induperator eam complexu ſuſcipit, illa
Talibus incepit intentis omnibus vna,
Cum errarem ingrediens vaſti diſcrimina lucus,
Ibam forte via hirſuta, hinc veſtigia cerno
Sonnipedum, vaſti ſigna & lutoſa leonis,
Signa ducem accipio, ſectanti mente ſub vmbra,
Per varios caſus tandem cum internius erro
Obuia ſe obiecit facies hirſuta leonis,
Ocyus innitens fraxum de more reductum
Tendo, & ſonnipedem ferrata calce fatigo,
Fronte quatit ſolida leo, & ſeſe arcet ab ictu,
Exin in obtutu placidus mihi lumina figit,
Obſtupui, atque pedem preſſi, nec tendere contra
Mi curæ, inde viæ pergo veſtigia preſſæ,
Tũ leo præcurrit, ſequor illum, ſe obijcit æquor,
Hic tumulum aſpicio, cælati & corporis arma,
Conuerſa in tumulum, tandem cum proprius aſto
Sonnipede licto, fœdata illa arma cruore
Aſpicio, crebriſq. ſub ictibus aſpera iate,
Excutio tumulum miſer hinc me concutit horror
Nam video in ſcuto quodam languere verendum
Truncum oris, ſua adhuc ſub maieſtate clueſcens,

Et

Et visi indigno concreti sanguine crines
Tunc animum pietas quædam, & reuerẽtia strinxit,
Post manibus versans Caroli nosco ora inimici,
Ocyus accepi, si vultis perdere francos,
Cum primum sese lux crastina fundet eoo,
Hasta sublime hoc truncum quaxemus, & inde
Irruimus, certa tunc spe presumite bellum,
Detegit his dictis vultum, & dat cernere cunctis,
Excæpere omnes plausu, & noua gandia corde,
Indolet Induperator magno corda dolore
Percussus, tantum virtutem diligit ipsam,
Funeris argiuum tumuli hinc promisit honorem,
Ignarus misere inferias cui solueret illas,
Et cuius capud illud erat miserabile truncum,
Nam capud illud erat Coclis senioris, iniquo
Qui Carolum bello tentans prosternere stratus
Ipse fuit, Carolo namq; ille simillimus ora.
Hæc inter Cloris emisso annuebat hiatu
Auroram roseo dudum insurgisse cubile,
Ista rosis crines incedens discret Eois,
Aurum crinale & radijs induta coruscat,
Francorum at victus vrgentibus excita curis
Exacuitq. animos, martisq. incendit amorem,
Nam spes captandæ patriæ moerentia mulcens
Pectora, in ardores langores induit omnes,
Consistunt hinc inde duces, quos pluima circum
Turba coit, peditum, atq. equitum, late agmine fuso,
Lucidus atq. ordo partes discriminat omnes,
Distinctæ segetis, quincuncæ aut arboris instar,
Inter quas surgunt cælo capita alta ferentes

Supremi

Te Imperio reddet te sacri Atlantis, & illo
Te sternet solium, & spolijs decorabit opimis,
Non mihi regna peto pietas me conscia ducit;

PIETATIS
CAROLI MAGNI
LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM.

PVgnatur, agnoscitur capud esse Coelis Romani, Carolus reducit suos, Thais missa a mago multas simultates incendit, pares Caroli fugiunt, Orlandus occidit custodes negantes aditum, quare irascitur Carolo, atq. abijt errans, & indignans Thain quod sese (vt vatur) credidit illis.



ALIBVS his dictis solers læta agmina pellit
Ignara in cursus præmissis ordine turmis.
Adfuit vt proprius miratur cuncta silere,
Et somno veluti romana tacere sub alto,

Ecce

Ecce autem ſubitis reſonat rumoribus æther,
Lætitiaq. tonat, colles clamore reſultant,
Submugit tellus, vix primus concutit horror
Francos, cum verſis erumpunt agmina portis
More triumphantum, ſummum quaxantq. trophæo
Ignotum Caroli capud, & clamoribus vltro
Incedunt tumidi, atq. animis audacibus inſtant,
Iam Clocles, Gracchi, Brutus, Detij atq. Camillus
Pompeius, Marcellus, quin duo fulmina belli
Scipiades, Fabiuſq. erumpunt conſul vterq.,
Longe Tiberius, Torquatus, Flaminiuſq.,
Valiamq. omnem turmarum ex ordine pandunt,
Hos longè Gothi properant, quos Attila ducit,
Degenerem Italiam qui Gotho ſanguine reddit,
Filia quem ſequitur Tarpeia, hanc conſul vterq.
Deperit, & Rinaldi ſunt in amore riuales,
Hinc ſubito incenſum bellum, nec timpana ſignum,
Nec tuba præſcripſit, furor ipſe immiſcuit hoſtes,
Implicitos rixis, fractiſq. internius armis,
Tunc furor, & terror, tunc inſatiabilis horror
Immiſcent torrente viros, hinc inde ruentes:
Tela ruunt pluuijs, crudeſcit pugnaq. pugnis,
Accidit hoc etiam Francis hinc inde ſolutis,
Quod totum luctum concuſſit funditus agmen,
Namq. capud Caroli ſublimi vt cuſpide ſpectant
Quaxatum, hoſtes & clamore peana canentes,
Credit turba, tonant latè clangoribus antra,
Hinc totum infelix vulgatur clangor ad agmen,
Demittunt mentes perculſi, atq. orſa retractant,
Atq. fugam eptemplo certantes arripuiſſent,

Ni

Ni Carolus noscens clamores ore dedisset,
Aduersusq. suos firmasset voce lacescens,
Vnde dolum agnotum fremitantes concutit hostes,
Nam Carolus altè sublatum surgit in ensem,
Et valido huc illuc discindit verbere scuta,
Et francos pellit monitis, atq. orsa ministrat,
At franci assueti rebus contendere iniquis
Obnixe, & bellis fessos versare lacertos,
Vt ducis experti effecit industria solers,
Nunc quoniam auspicium fœlix fortiuntur, & vltro
Insurgunt læti, & procurrere longius audent,
Quare, crudescit pugna, atq. accenditur ira,
Nam francos spes captandæ patriæ eximit vltro,
Et degustata instantes victoria ducit,
Ast Itali ignari caussa concursus in iras
Ardere vltores credunt, externaq. damna
Voluere, pro vindicta & vitam velle pacisci,
Tum magis vt cernunt suetis non tendere pugnis
Francos, at veluti connixi erumpere in vrbem
Instare, & medios per se contendere gressu;
Hæc inter Aglans districto fulmine dextræ,
Ingrediturq. hostes, fumanti & verberat ense,
Dum instanti cedunt turmæ, rursuq. dehiscunt
Tiberius ductor stimulis se pungit honoris,
Agmen sic passus nullo distrimine tolli,
Pungit equum, & ducta vicinum se obtulit hasta,
Vtq. sine hasta bellantem hostem conspicit ense,
Indignans sponte meliorem conditionem
Ex hasta telum facit alto, & lumine lustrat
Quem petat, hinc comitē Aglantis conspexit vt Arlū

Victores gressus, fœliciaq. orsa sequentem
Protinus adducto torquet hastile lacerto,
Et medium ignari sortitus verbere scutum
Trarsigit, exempta pectus & transforat hasta,
Hæc vbi se Aglanti aduersum ducto obijcit ense,
Ergo concurrunt ignari cedere, & instant,
Interea Auinus, cui curæ sternere gressus
Ad dulcem patriam latè franca agmine pellit,
Hunc contra insurgit stricto ferus ense Camillus
Constituens potius defessam ponore vitam,
Quam orsum hostile pati, præsens, sociensq;, comesq.
Muneris, it Torquatus equo qui protinus acto,
Intumidus animos vult secum illum esse laborem,
Dux autem francus duplicem cum sentijt hostem,
In primum laxis vltor insurgit habenis,
Adfuit vt proprius sublatum surgit in ictum
Et valdo galeam sortitus verbere scidit,
Vnde Camillus hians celeres detorquet habenas
Quamuis peerculsus caput, & ductum eximit ensem
In thoracem hostis ferro, & degustat ad acto
Corpus; & inde furens morsu comprendit habenas
Atq. alto eductos duplicat in verbera pulsus,
Sentijt Auinus, gestu & perculsos in illo,
Producto erecta sortitur pectora ferro,
Inde vrgens sedi obuersum prosternit arenæ,
Vt proprius casum spectat. Torquatus ini quum
Irruit, & ducto degustat verbere tergum
Auini, Auini socium sese explicat otho
Aduersumq. petit ducto mucrene lacescens,
Nec minus interea diuersa parte pedestres


Miscen-

Miſcentur bello, teliſq. frequentis inſtant,
Nam francus Parilus pugione, atq. enſe dehiſcit
Libratis longe, turmas de more lateßens,
Inde globum ingreditur, & fulmineos rotat ictus
Expellens pugione alios, quos conſpicit enſes,
Hunc contra Bathon Gothus generoſius ardet,
Hos inter francus Robertus corde furenti
Excußæ criſtæ vltorem ſeſe eximit vltro,
Quam Gothus Barlon præraptam ſtrauit arenæ,
At medias inter cædes ſtat Scipio fulgens
Fortia multa virum dimittens corpora morti,
Longè inter medios hoſtes Fhiberius ardet
In clypeum aßurgens, libratam haſtamq; coruſcans,
Non tamen infœlix valuit eludere telum
Roberti, qui vt ſurgentem in noua prælia vidit
Abductum ſumma telum librauit ab aure,
Et medium extempta pectus nanciſcitur haſta,
Et mediæ latè pronnnm proſternis arenæ,
Tarpeia interea eductis incurrere turmis,
Incipit, atque haſta francos inuadit ouantes
Conueniunt circum franci quos, agmine lato
Rinaldus duxit, aduerſa in cornua ſurgit
Hinc atq. hinc acies, ceù cum certantibus alis
Accipitres Martem inuadunt, atq. vnguibus inſtant,
Iamq. haſtæ dextris tenduntur more reductis,
Incurſu vt coeunt ſonitu dant arma ruinam,
Rinaldo Tanpeiam ſors primam attulit vltro,
Ignaræ incurrunt haſtæ, galeamq; ſuperbam
Tarpeiæ ignarus ſortitur amans connitens,
Aſt illa mucro ducto nanciſcitur ictu

Aduerſam galeam, dum nititur acer vterq.
Viribus illa hoſtem nequicquam nixa fatigat,
Ille autem ſcidit galeæ vincla, ocyus inſtans
Præreptam galeam connixa cuſpide tollit
Tarpeiæ,aureoli crinis quare inde fluores
Stagnati galea effunduntur, torruit aurum
Tum bellatricis roſeas os induit iras,
In Gothis quare turmis affulſit Amazon,
Conſpicuoſq. oculos ardenti lampado quaxans,
Vnde remanſit amans obtutù immobilis illo,
Aſpectumq. tuens nil iam ſua prælia curat,
Hinc duce languente langueſcunt agmina franca;
Ergo premunt francos Gothi, curſuq. fatigant,
Illa comas vallans ſublato ad tempora ſcuto
Vindicta exardet, ſæua & fit pulchrior ira,
Qualis narciſſus cum effuſo feruet in oſtro,
Inde furens animis ſpectanti vulnera librat,
Præcupiens galeam minitanti vlciſcier enſe,
Hinc martem,& mortem cunctanti inuadit amanti,
Ille oculis ſupplex fixis miratur iniquam,
Acrius interea cor pungi ſentit amoris
Vulnere, & obſtupido ſimilis nil prælia curat,
Decreuitq. mori, at lachrymas non ſpargere ſolas,
Hinc ſimulato ardore fremens eſt talibus orſus
Inſtanti, quid tam egregium ſi fœmina turmis,
Forti,& fidis equo, pugnæ te accinge pedeſtri,
Et mecum te crede ſolo, illis cernitur armis,
Virtus, illa furens generoſo incenſa dolore,
E turbis exit, paribuſq. aſſiſtit in armis,
Ocyus adducto librans ſub verbere ferrum,

Vt

Vt vidit miser vt periit, se in bracchia soluit
Obiecta, & supplex suspirans pectore fatur,
En terebra fidum pectus vlciscere & in me
Sæuitias tù sæua tuas, en dirige vulnus,
Interea turbæ rapuerunt turbine amantes,
Conspicit Austriacus Princeps ignarus Amoris
Rinaldum, creditq. ingenti vulnere tardum,
Sonnipedem hinc celerem ferrata calce fatigans
Huc illuc hostes aperit, sociosq. reducit,
Hunc contra insurgit speculatus in agmine longo
Flaminius, vrgetq. illum, belloq. fatigat,
Excitus ast Amon stimulo se pungit honoris,
Districtoq. vrgens aduersis ingruit ense,
Vrget equo salium Camertum verbere scindit,
Nil iuuat Ardendo discretus tergore thorax,
Nec galeæ cumulus etrusco Prothesilao,
Namq. ambos vrgens ferro transegit adacto,
Attila non longe sternebat vulnere francos
Arsenij, & Relij demittens corpora morti,
Dolgerium longe seniorem magna mouentem;
Namq. illi aduerso ferrum sub pectore condit,
Corruit in vulnus senior, & ponit habenas,
Singultat vulnus, soluuntur frigore membra,
Is ponens generosam animam vaga lumina cælo
Tollit, & errorum venias oratus, vt alto
compositus somno, ponens caput expirauit;
Haud mora fama mali tanti iam fœdula fertur
Perturbans mentes françàs, & honore lacescens
Crudescit bellum rabie, pugna aspera surgit,
Exin præcipites torrentum more videres



Mille viros ruere ſpirantis vorticis inſtar,
Vt Carolus ſpectat dubijs libratur iniquis
Siſtit & obtutu, ne laxo pectore Franci,
Deficiant, ſurgat ne turma quiete repoſta,
Sed nequit inſtantes è pugna ſubtrahere illa,
Talia verſanti ſolers ſententia viſa hæc
Fingo aliquos medio incluſos me prendere nixum,
Haud mora conclamat ſocij nunc flectite habenas,
Concluſumq. hoſtem cãptiuum ducite præda,
Exin vox fertur cunctas iterata per aures,
Conuertere oculos cuncti, & referuntur anheli,
Qua dulcis prædæ ſonitus ibi concutit aures,
Tum magis accinctum vt ſpectant illis Carolum orſis
Ergo datis cuncti penitus referuntur habenis,
Colligit effuſos Carolus, turbasq. reducit,
Atque interceptos hoſtes rapit agmine ſecum,
Reddidit hinc caſtris defeſſos victor opimus,
Aſt Italos inter ingenti vulnere tardus
Auſtriacus languens nequijt reflectere greſſus,
Quare correptus captiuus ducitur, illum
Ast Deſiderius conduci iubſit honore,
Virtutem Francam venerans, & grandia geſta,
At ſocij quos iam portenti concutit horror,
Libenter ſeſe Romæ tradunt fugitiuos,
Proſtrati mentes remanent hinc vndique Gothi,
Francorum ſed ſpes victorum pectora mulcet,
Quare hi caſtra fouent taciti, ſua mœnia & illi,
Bis quinos pepigere dies ſub pace ſilentes,
Interea ad Francos venit pulcherrima virgo,
Filia quæ Circes, Thais eſt nomine dicta,

Teſſalus

Tessalus hanc magus insignis dimisit Aletes,
Attila quem Gothus bello traduxit, vt hostes
Francos terreret portentis; voluit in orsa
Se magus ex animo Salerni Principis ipse,
Nam quamdam natam scelerato corde peribat,
Qui Princeps Caroli residebat tutus in armis
Illam autem misit mixto vt iactaret amore
Francos, atq. ageret aduerso corde riuales,
Hæc dextra, nodoq. sinus collecta fluentes
Virginis arma gerit spartanæ, & paupere cultu
Aureolas stipata comas it, spiritus oris
Nobilis, hæc turmis cum primum apparuit astans,
Concurrere omnes; intentiq. era tenebant,
Pars stupet aspectu ridentia lumina blando,
Et pars virgineo stupet ora repressa pudore,
Non sic distinctam casiam late nec olentem
Serpillum, appetiunt certanti examina turba,
Malarum vt petiere rosas, & lilia polchra
Spectantes curis, nequeuntq. auellere mentem,
Hærentem abiectu, & distinguentem oris bonores,
Natiuo vt crines auris crispantur in auro,
Et nunc pars raro fulget obnubila velo,
Nunc pars in torto nudata coruscat in auro,
Eradiant lusu interdum, ventosq; lacessunt;
Interdum roseis se dant ludibria malis,
Tandem errore carent cælesti hinc ore cometa
Visa ea, spectanti & faculas portendit Amanti,
Dulce ouat vultus qua frons se pandit eburnea,
Harmonicoq. offert distincta sub ordine membra,
Nigra supercilia arctus esse videntnr amoris,

Lumina quid referam, geminum ceu lumina ſydus,
Sydera ſic pulchro ſi vnquam diſtincta colore,
Orbes intus amor intelligentia fulget,
Ignotus ſeſto qualis ſtans Iuppiter orbe,
At non ſic dites mollitur fulmina ab orbe,
Vt mollitur amor ex illis vulnera ocellis,
Spectantum certa nanciſcens cuſpide corda,
Mixta liguſtra roſis ſpargebant murice malas,
Partes lylia habent reliquas, roſeaſq. coruſcant,
Qua ſed amoris hiat roſeis blanda aura labellis
Contracto ſinplex fucum roſa pandit in ore;
Candeſcit niueus dirrecto tramite naſus,
Spirat odoratam & tumidis ſub naribus auram,
At mentus vultum ouato concludit in orbe,
Atq, gulæ roſeum ſpecimen candore niuali
Explicat; hinc fuſo translucent candida velo
Cætera, quæ cælant ſinuantes flamine veſtes,
Turgidola præfert abſcondens vbera pannus,
Heu nimium inuiſus pannus, qui candida condit,
Non ſed amoroſas potis eſt diſcludere curas
Queis datur obiectum penetranti attingere mente,
Illa autem dubiam dubijs ſe monſtrat iniquis,
Et ſic aduerſo pergentem pectore greſſus,
Et ſe compunctam ſtimulis hinc inde pudoris,
Suſpirans, altumq. premens ſub corde dolorem,
Hæc tandem effuſo ſummiſsè eſt orſa rubore,
Oro ſi qua fides me errantem ducitc ſedem
Caietæ ad patriam, veſtra puto me fide tutam,
Eſt mihi nam mater qua feſſo corde moratur
Me ignotam, ante omnes Otho tum farier orſus;

Virgo

Virgo quid optas dic mihi iubsa capessere fas est,
Auinus iuxta tua virgo hæc dextera fatur,
Auolius nostrum virga experiare laborem,
En me sume tuum ardens Berlingherius inquit,
Aglans hos inter non dum correptus amore
Nil ait, at quoniam perculsus pectora flamma
Rinaldus alia, nullo sese eximit orsu,
Ariodans pariter Gincuræ vt coniugis ardens;
Et iam iamq. magis cunctantum flamma medullas
Pascitur, atque Aglans serpenti iam incalet igne,
Frigida suspicio dubijs iam pectora turbat,
Atque simultates furijs incendit ouantes,
Sentit læta dolis, atque orsi conscia Thais,
Atque huc, atque illuc risus roseo ore coruscat,
Diuersos & agit cura, iam frigida amantes,
Hos inter Aglans concepit pectore flammam,
Atque ait ò virgo nostro te crede labori
Atque mea dextræ sint gesta cluentia pignus;
His dictis quisque impunctum se sentit, & omnes
Discordes animis hinc inde frementibus ardent,
Hoc Thais noscens dubijs expalluit ora,
Atque ait, heu miserum quid vos perturbat, at illi
Pallore illo compulsi iras deposuerunt,
Tum virgo incepit se hilarans pro munere tanto
At vobis, solum quod possum spondeo virgo,
Est mihi namque domus, qua nil iucundius vnquam
Est visum artifici limpha, sertis & odoris,
Hanc vobis tacuit dictis his sedula Thais,
Vnde illi gaudent, nam quisquis corde recursat
Secreto illic venturos prostare riuales;

Interea

Interea Carolo voluenti grandia corde
Nuntius affertur rumores ordine pandens,
Suscipit Aglantem Carolus insueta frementem,
Nititur, & dictis serpentem excludere amorem,
Nil tamen assequitur, quoniam altè est ignis aductus
Aglans ò Aglans quæ te dementiæ capit
Exclamat Carolus, Christi bellator amorem
Gentilis petis, heu quis tantus te abstulit error,
Aglans nil contra, sed vultu horrente dehiscit,
Tunc alios dictis Carolus castigat amaris,
Verum vbi nulla datur posse affectare potestas
Præcipites animos, rabidas exarsit in iras,
Atque illæ fatur furijs accensus iniquit
Arripe prompta fugam, dextræ & te subtrahe nostræ,
Postquam intestino mea turbas agmina bello,
Occupat ora pudor illæ, nil dicere contra
Hinc ausa ast, lachrymis oculos impleuit ab ortis,
Atque illæ in fletu fleuerunt omnia corda,
Interea malæ distinctæ roribus illis
Fontano lusu, quæ in vestem ex ore fluebant
Auroræ vultus riuo illudente videntur,
At limpha erumpens guttis miraculo amoris
Incendit flammas, atque ossibus implicat ignem,
Quisq. fremit misero labefactus pectora amore,
Intentusq. gemit, Carolus sed pectore forti
Illam dimittens dictis castigat amaris
Ardentes animos, rabidusq. his ora resoluit,
O socij nec vos miseret, vestrique, meique
Nec campi miseret, sectari vultis amorem,
Deserere & bellum, quæ circum incensa simultas,

Non

Non fugit hoc pectus quæ ſint odia aſpera mota,
His dictis tacuit concludens corde dolorem,
Et iam nox cælum fuſcis amplectitur alis,
Prima quies fuſo & permulcet pectora ſomno,
Aſt infælices nequeunt requieſcere amantes
Sæuit Amor, curæ ingeminantes corda fatigant,
Frigida ſuſpicio iubſis ingntibus vrget,
Auinus quare per amica ſilentia noctis
Carpit iter tendens Catetæ ad littoris oras,
Non longe Auolius tenebras errauit opacas,
Exardens animis it Berlingherius vltro,
Otbonem fugientem ſed ſtatione tenentes
Caſtra agnouerunt, Carolum hinc monuere ruentes,
Rumores inter Aglans erumpere portis
Tentat, ſed ſtatio vetat ille exarſit in iras
Protinus, & valido cuſtodem verbere ſternit,
Ructantem vitam & ſocios clamore vocantem,
Venerat hæc inter Carolus, diſtringit & enſem,
Exclamansq. inquit, vinclis arctate ſuperbum,
Nam mors cuſtodis obiectu crimen acerbat,
Aſt Aglans dictis compunctus tendere in illum
Ter voluit, terq. inſtantem reuerentia pellit,
Tum dictum indignans decreuit linquere caſtra,
Cuſtodesq. actos ingenti vulnere truncans
Fugit, & ardentẽ Carolum atque inſueta frementem,
Deſeruit, pulſus noctis ſe & condidit vmbris,
At nequit errantes ſocios offendere, Thain
Hinc vltro indignans quod ſeſe credidit illis
(Vt ratur) oblito ſe errantem ducit amore.

PIE-

PIETATIS CAROLI MAGNI

LIBER TERTIVS.



ARGVMENTVM.

HOratius venit vlturus trophæum Patris, Rugerius eum reprimit, Vitiges concilio coacto iubet pugnari, Carolus vlciſcitur fugitiuos, Auſtriacus dono mittitur, pugnatur.



Nterea virtus crebro calcare fatigat
Ardentem Horatij mentem generoſa per orſa,
Namque illi dictum Carolum excepto Enſe cruentum
Sub patre cecidiſſe ſuo, ſtructumq. trophæum,
Rugerium vaſtaſse ſui inde & patris honorem,
Ergo fremens curis vltro generoſius ardet,
Luxuriatq. ipſi generoſum pectus in armis
Sonnipedis more, aut meditantis prælia tauri,
Quandoquidem aſcriptus errantum in relligionem
Stelligeram eſt nuper, quod ſummo exarſit amore,
Namque hæc relligio conſtructa eſt talibus orſis,
Cum Honorius Gothus bello vageretur iniquo,

Impa-

Impauidus partes, & cunctaretur in omnes,
Vndique concursus, tela vndique sæua premebant,
Et circum fusis volitabant ictibus hostes,
Iactati socij languebant turbine mortis,
Tum nox effusis cælum complectitur alis
Prospectum eripiens immixtis, tela ruebant
Et crebris strepitabant fractæ hastilibus vmbræ,
Ille fremens clypeum nec scit qua opponere telis,
Nec qua libratum sit opus immittere ferrum,
Quare cum socijs pugna iactatur iniqua,
Nam obruitur telis, validisq. affligitur hastis,
Nec quo se eripiat nec qua vi tendat in hostem
Cernit, & ignoto miscetur turbine semper,
Hæc inter monstro veluti exoriens super ipsum
Stella facem accensit, cono & radiante rubentes
Distinxit cristas, malorum more ruentum
In queis se pollux aperit, numenq. ducemq.
Tandem auro radiante illas discriminat vmbras,
Signauitq. vias, multa & cum luce cucurrit,
Ille autem augurium lætanti corde salutans
Altior insurgit, succensu & concitus omnes
Accersit socios, & sese immiscuit armis,
Inuaditq. viam ferro qua densior hostis,
Hinc turbas spernunt socij, & discrimina vitæ,
Et reduces sese patriæ retulere saluti,
Omine seruatum quare se credidit ille,
Ex illo sanxit venerandum relligione
Stelligera, acceptum seruarunt secula nomen,
Vana superstitio sacris tum legibus aucta est,
Namq. vouent scripti nulla obliquare repulsa

Se, quamuis bello penitus iactentur iniquo,
Scripti stelligerum Thoraca nigrantibus armis
Præportant, galeam cono radiante coruscam,
Vmbone & nigro pollucis sydus anhelum,
Hinc francis iuuenis generosum se abstulit hostem,
Dum præceps furijs agitur per iniqua locorum
Nil aliud meditans, quam qua breuioribus instet
Gressibus, vt Francum raptorem in prælia poscat,
Ecce autem aduerso sese obtulit obuia virgo
Intrepidos oculos tollens, frontemq. superbam,
Bellatrix nodo vestem collecta fluentem,
Cui paria exertas subnectunt cingula mammas,
Qualia Spartanæ tollunt, vel Amazonis vber,
Aduersa crines cui ventilat aura volantes,
Immotam libram dextra quaxabat, & illo
Opposita celerem tali sermone moratur,
Num quis te error agit, quæ dira potentia sæuæ
Iræ in aperta pericula sic te misit inermem?
Virtutis mihi cura tuæ parmam omnia contra
Francorum tela hanc cape (nam tum eximit vnam)
Interius sedenim speculum est, tergo impedit ipsum
Diffusus calibus, gestamen suscipe leuæ,
Tu clypeum mihi porge tuum, hæc efflata quieuit,
Inscius ille stupet, atque os oculosq. loquentes
Iamdudum admirans lustrabat lumiue corpus,
Tandem ait ô Virgo quid præfers? haud tibi vultus
Mortalis, nec vox hominem sonat, en precor ista
Quid sibi dona velint, fatorum quo ordine poscar?
Edoceas, nostrumq. leues quæcunque laborem,
Tunc illa, hæc parma calibes quem tergore celat,

Est

Est speculum vitrea, quod virtutem imbuit arte
Talem, vt cum tactum est specie de corpore missa,
Aduersi obiecti seruabit imagine vera
Acceptam speciem, depictæ more figuræ;
Demum illi vultui sese specula ista reseruant,
Cuius dextra potens calibetem excindet adactum,
Ille quidem vultus te maxima cura manebit,
Ille referre parens grates, & dicere laudes
Excæpit parmam, quam iam porroxerat illa,
Quæ subito ante oculos sublata euasit in auras,
Obstupet ille, tamen ignoto munere lætus
Pergit iter properans, iam cernit surgere castra
Francorum, hinc famulum mittit sua dicta ferentem
Talibus, astat eques stellatæ relligionis,
Illum qui in pugnam poscit, qui prouocat illum
Qui extorsit spolia patris, fregitq. trophæum,
Egregiam è tumulo laudem referens, & honorem,
Dat cornu flatum famulus de more vocantis,
Accurrunt turbæ, quas inter Rugerius stat,
Nuntius vt cernit intentos ora tenentes
Præceptis dictis ex ordine cuncta rependit;
Interea cœtu Franci accurrere reducto,
Rugerius sed enim spectantibus omnibus inquit,
Vnum oro socij meum hunc sinite esse laborem,
Ocyus obuersus fatur responsa moranti
Adueniat, iustas pugnæ ne deserat horas,
Responsum famulus retulit, volat ocius ille,
Aduersusq. ingens media consistit arena
Cristis purpureus, membrorum & mole superbus,
Qualis sublimis oculos, frontemq. coruscans,

Stat

Stat leo, surgentem sperans in cornua taurum,
Huic autem aduersum francus sese obtulit vltro
Tempera nudus adhuc solum latere eximit ensem,
Atq. pedes equiti placido sic ore locutus
Qui eripui venio, vltori martemq. lacesso,
verum nolo animos tecum decernere ferro,
Ni prius, & te debellem, tua & orsa refellam,
(Talibus auditis mirum stupit inscius hostis)
Infandum raptum dixti, martemq. lacescis
Raptori iniusto, falsum cognosce trophæi
Quicquid erat, Carolum en tu cõspice, & indicat ipsũ,
Sublimem galea insigni, quã forte nitebat,
Obstupet hinc hostis, Carolum & miratus iniquo
Pectore conticuit, iniusta hinc orsa retractat,
Inde pedes tacitus perculso corde reflectit,
Ceù leo qui dudum cincinnis horruit altis,
Atq. superciliis subtractis lumina fulua
Texit epischilis, mentumq. ad pectora pressit,
Distrinxitq. vnques late, si forte magistrum
Offendit, sauas mitit de pectore curas,
Atq. manum patiens propriorem non fremit illum,
Contactu ille regit animos, & pectora mulcet,
Haud aliter dicta Horatij cepta orsa coercent,
Qui inde pedem referens vicinæ se intulit vrbi;
Multa monens animo, miroq. obtutus in ipso;
Qui simul ac coetus complexus more benignos
Excepit, retulitq. illis, sociusuè qaieuit,
Exponit mirum repetens ab origine casum,
Audiris stupuere omnes sapientia corda
Francorum, & victa nescire absistere bello;

Et

Et disciplinam esse ducis super omnia causam;
Tum contra incepit Tarpeia, atque ordine pandit,
Quæ mens assultus nocturnos abstulit, exin
Illustrem fraudem, qua sese in castra recepit
Inuictus Carolus; c put altum cuspide spectat
Extēplo Horatius patris hinc lachrymabile truncum
Agnouit lachrymans, pressitq. ad cerda dolorem,
At forti simulans vultu sic ore locutus,
Ergo patet Carolum tali se educere filo.
Vt nunquam è ducis inuicti moderamine aberret,
Cumq. ramur victum, victorem agnoscimus illum,
Assensere omnes miro dum facta recursant,
Laudibus atque animos tollunt ingentibus hostis,
Mirenturq. ducem, præsentem & pectore virtutem,
Hæc inter senior Vitiges prudentiæ alumnus,
Cui ratio status ac belli omnis cura magistra
Sunt cordi, euentus promta & præuertere cura
Audita hæc segni nequicquam corde recursat,
Consilium acciri iubet hinc, cui talibus orsus
Non decet hos tali hostes nos virtute vereri,
Ne turbis aliquis errantibus ingruat horror,
Aut timor, euiret qui animos, timidosq. fatiget,
Cum conferre manū sit opus, namque est ducis omne
Hostilere eripere nomen de pectore bellantum,
Hoc sibi nunc poscit tempus, nunc prælia, nempe
Principio vt serpit, non cum peruaserit error
Mentes, collapsis haud parcendum ergo lacertis;
Assensere omnes stipantes pectore sensum,
Contractiq. fremunt monitus, sed dicere mussant
Primus Scipiades animis certantibus vitro

Compellat socios, ardensq. accingitur orsum,
Hinc errant de more duces, atque agmina cogunt,
O miserum quantum Francis structũ inde periclum,
Quid facient laxi? qua spe nitentur in hostes?
Interea Vitiges fugitiuum prendere mentes
Francorum studet, & Carolo fiducia quæ sit,
Exploratores & mercatoribus actos
Immittit, sociorum ignaros partibus æquis
Diuersos, referat quo singulus omne rependens,
Hæc inter pastus captent, & dona quietis
Turmæ, cura ducum stet circum sœdula egenis,
Haud mora dicta senis animis hinc inde capessunt,
Effusi de more duces, atque agmina cogunt,
Ille vocat cætu fugitiuos, atque lacessit
Muneribus, pœnis interdum instantibus vrget,
Tunc quodam Vgenio placido hæc prior edidit ore
Quisquis es amissos nunc iam obliuiscere Francos
Noster eris, falsis tantum ne carmina manda.
Ne falsum igne luas, nunc dissere vera roganti
Nunc te nullus habet terror, nec pungit egestas,
Noster eris Carolo quæ sit fiducia, francæ
Quid gentis, fessæ vergant quo turbine mentes
Ille autem vilis animum sub deside torpens,
Virtutem & flocci faciens, hæc edidit ore,
Dicam, at promissis maneas, seruesq. fidem tu
Corde meo si vera traham, si vera rependam,
Omnis spes Caroli, cœptiq. audacia belli,
Cum Desiderio vestro sese intulit hostem
Virtuti stetit Aglantis, pariumq. labori,
Relligionem qui sociam complexus in orsa

Cun-

Cunctorum obtinuit mentes, deuotaq. corda,
In Romam edixit sese pietate ferentem,
At postquam obsidionem afflixit Consul vterque
Externa clade, excidimus nos funditus omnes,
Millia sexcenta fuimus Belgis numeratis,
Atque Anglis, pariter Scotis, sed consul vterque
Multos prostrauit, belli infortunia multos,
At Carolus pietate noua se ardere canebat,
Et velle finem ducte decernere ferro,
Primam concludat extrema quo pietate,
Nunc autem longo fessos discedere bello
Quisque monet, retro fluere, & sublapsa referri,
Nam spes Francorum præfractis incipit orsis,
Quin iam deficiunt nerui Franci agminis omnes,
Si qui forte supersunt collapso ore dehiscunt,
Nec spes auxilij miseros fouet vlla manentis,
Tunc senior reliquos fugitiuos lumine lustrans
Assensisse omnes annuenti vertice spectat,
Hinc socijs voluens oculos his ora resoluit,
Ergo instandum ergo, nam casu vrgentur iniquo,
Dimittensq. illos conuerso hæc ore profatur,
Prudentes animæ quæ animis sententia surgit?
Audistis, sed enim captiui prendere mentem
Nunc iuuat Austriaci accersit quare ocyus illum,
Qui cum se acciri sensit se pectore firmo
Armans, vult vitam pro relligione pacisci,
Decernens secum potius deponere vitam,
Quam Caroli, & Campi miseranda rependere dictis,
Venit vt ad cætum, forti hac prior edidit ore
Quid petitis, stupuere omnes ardoris hiatus,

Et mentem intrepidam, ſenior tunc ore maligno
Ardenti hæc fatur ſæua te occumbere morti
Sic iuuat? ignarum tormenti in cruda vocantis,
Perge modo vna ſalus ſi læthi euadere quicquid
Mauis, & incolumem ſi te ſeruare parenti
Vnum oro dictis mihi diſſere vera roganti;
Quæ mens Francorum, quæ vires agmina quanta,
Contra ille indignans, oculos & lumine toruo
Intorquens, fatur tormento eſſundere longo
Num dubitem vitam, qua relligionis aguntur
Res ſummæ? ſocium ſummis me adiungere rebus
Maiorum erudijt, nam ſic me patria virtus,
Eſt hic eſt animus lucis contemptor iniquæ,
Munere at vt fungar Francæ virtutis, & in vos
Sim pius ob vitam ſeruatam cuncta petita
Proſequar, & venia, dictis & vera rependam,
Eſt pax omnino Francorum à Rege petenda,
Virtus pro Francis, pro mille abſentibus vna,
Fidite, ne fugitiuis voſmet credite magnis,
Audiſtis quæ ſit dictis ſententia veſtris,
Nunc ite, intrepido huic ſupponite pectori & ignes,
Nil contra ſenior de cœtu mittit at illum,
Couerſuſq. inquit nihil iſto è corde petendum,
Stat Francis tandem penitus excindere nomen
Supremas conferre manus, & noſcere tandem
Quem virtus damnet, quo vergat pondere læthum,
Namque ſtatus ratio iubſis fatalibus vrget,
Hæc inter Carolus huc illuc agmina luſtrat
Solertiq. animo partes cunctatur in omnes,
Exploratoreſq. verens ſua ne agmina pauca

Edo-

Edoceant hostes, ingentia castra parabat,
Gentem infinitam vt lato aggere concepturus,
Ecce autem tacito cognoscit pectore missos
Exploratores, qui mercibus inserpebant.
Effictis castra, se ignarum fingit, & vltro
Tunc subeunt animum fugitiuum vilia corda,
Quare illos placidis compellans vocibus inquit
Errantes iuuenes cuius venistis egeni?
Quid mercis geritis? Si forsan visere mens est,
En statio, quæ vos latè p. r singula ducet,
Annuit hinc stationi, incedunt ocyus illi
Fortunam inde rati primo arrisisse labori,
Inde dolum tacitus solerti pectore versans,
Dum exploratores mirantur grandia campi
Hæc fatur ducibus, socij sit maxima cura
Illorum, vobis qui fidi in turbine læthi
Exploratores fugitiui nomine ad hostes
Nunc remanent, quare mittamus dona, lacessant
Muneribus quo custodes, qui limina pandent,
Aure bibit Amon quin sensi conscius alti
Dona paret, exploratores omnia noscunt
Et fictos credunt fugitiuos, agmina lustrant.
Hinc taciti, vt cauto captarunt omnia corde
Exiliunt castris, spectata & mense reponunt,
Ilicet erumpunt diffusis mercibus inde,
Ad cætum vt veniunt spectata ex ordine pandunt
Venturum auxilium, Carolum de more morantem,
Munera missa docent, fugitiuum corda maligna,
Fraudeq. connixos in Romam, grandia castra
Francorum eductis late increbentia sulcis.

Arma, virosq. diu spatio insurgente morari,
Adbibit hæc Vitiges, fugitiuum & dicta reuoluens
Mendaces reperit, iam tum cum munere misso
Expendit falsum, intrepidi atque effata recursans
Comprobat ipse sibi falsum, mentesq. malignas
At quoniam tempus francis inuadere martem,
Terrorem quo præuertat, namque inde putabat
Illos esse dolo missos, & falsa docentes,
Ocyus in vincla fugitiuum brachia tradi
Iussit, & ad tergum exponi, manicisq. reuinci,
Oraq. contusos hastis præmittier hosti,
Ignari, miseri, fugitiui, sæua stupebant
Se ad Carolum ferri remittant, orant & ab hoste
Mortem, atque exploratores credi inde queruntur,
Austriacum hæc inter hostili munere donant
Captiuum, intrepido corde nam vera locutus,
Nam virtus ipsos est inter amabilis hostes,
Romani & certant maiorum laude eluere,
Et Caroli ingentem pietatem vincere posse,
Iam tuba captiuos præfert, donoq. virum illum,
Insequitur belli turba, martemq. lacessit,
Eximit hinc gentem vt Carolus miseranda tuetur
Illorum, manibus veniunt qui ad terga reuinctis,
Ora cruenta tegentes prono ad pectora vultu,
Munere & hostili Austriaci miratur honorem,
Magnanimus miserans fugitiuos excipit illos,
Laude virum insignit, armari atque ocyus ipsos
Imperat, at melius pudor ipsos armat in hostes,
Ac tuba terribilem sonitum franca incipit ære,
Erumpunt castris Franci nec tendere contra

Per-

Permiſſum,at bellum trahere, atq. vrgere morando,
Præciperat ſiquidem Carolus hoc optimus armis,
Vicini caſtri meliorem conditionem
Nam captare iubet ſociorum turpis egeſtas.

PIETATIS
CAROLI MAGNI
LIBER QVARTVS.



ARGVMENTVM.

ATtila primus inuadit Francos, Carolus vrgetur bello iniquo, quare vt eluderet inſtantem hoſtem fingit quoſdam Germanos veniſſe auxilio, quod cum vidit Fabius ſuos reducit, Horatius corripitur amore Marfiſæ, Scipio orat veniam pugnandi à Deſiderio Imperatore.



RIMVS vt ante volans ardentem ſe Atiila Gothus. (promit,
Eximit, & ſocios latè facto agmine
Iamq. agitur nomen, tanti & fiducia belli, (orſis
Et ratio ſtatus,at Francos ſolertibus

Iussa ducis frenant, & circum castra morantur
Vicinam ut captent meliorem conditionem,
Hostes aduersi ferris ferris sublimibus instant,
Concursuq. fremunt detorti tibridis instar,
At sapiens Carolus patitur nec tendere contra
Longe erumpentes castris, nec castra fouere,
Namque duces secum muttos praeseruat, & ullum
Ut bellatorem mente praesentit in hostem
Pugna actum, auxilio subeuntem illi expedit unum,
Qui eripiat turbis mersum, atque in castra reducat,
Rinaldum ponit, castri qui lumina dextra,
Defendat soli praeceps spes nititur illi,
Intus stat genitor Amon, cui praelia cure
Interdum immittit qui martem, & bella lacessat,
Quandoqnidē hic duplici nitendū industria in hostes,
Qua nec paucos multis eximat, & nec anhelos
Terga dare crebris urgentibus inficiatur,
Interea Gothi validis assultibus instant
Inuaduntq. uiam nixi se immittere castris,
Hinc sors, & uirtus dubium miscentur in unum,
Magnum, & mirandum, nullo & spectabile seclo
Cernere erat, uirtus ut tanto in turbine rerum est,
Nam fortes hinc inde duces praecepta facessunt
Incursu, atque fuga, contra illi assultibus intrant,
Extremasq. manus conferre, & robora tentant;
Atque ea diaerso penitus dum marte geruntur
Virtute impulsus, monitu & Caroli acrius ipso
Ariodans flectit hastam, & Franca agmina ducens
Succedit pugnae, Gothosq inuadit ouantes,
Nam pudor, & uirtus notos armabat in hostes,

Obuius

Obuius huic venit, & mole apparuit ingens
Flaminius, turmas Italas ex ordine pellens;
Haud mora conuertunt pronis mucronibus hastas,
Tuuc pariter socij coeunt in prælia nixi
Laxantur fræna, atque hastæ voluuntur in ictus
Subcrepita clypeus, fremitatq. panoplia cussa,
Tucculaq. infrendit, sonitu dant arma ruinam,
Insequitur, fremitusq. virum, sonitusq. ruentum,
Grandinat atq. aer circum vndique, & vndiq. frustis
Omnia miscentur; sed cedere nescia virtus
Exacuit Anglum, reduci qui tum arripit orsu
Ardentes socios, præceptaq. iussa scientes,
Flaminius contra insequitur, acuitq. furores
Gothorum instantum, dictisq. exasperat iras
His, Italum, ò comites inimicam excindite gentem,
Nil dare terga illos tandem, fuga nulla iuuabit,
Non dedignatur Francus se terga dedisse,
Namque ducis monitus voluit pro laude pacisci,
Attamen ob duras secum bacchatur habenas;
Ille premit Francos vrges, turmisq. fatigat
Aduersum tentans detorto offendere cursu,
At Franci laxis penitus referuntur habenis,
Sonnipedes surgunt tentis de more lacertis,
Namque fatigati crebris calcaribus ibant,
Ferratasq. vngues contorta ad brachia ducunt,
Ceruicem intorquent, & tollunt fornice crines,
Aspectu quatiunt firmo, frontemq. coruscant,
Ardentem & nubem sublatis naribus efflant,
Vndique neruorum cumulus exuberat altus
E membris, fremitant sonitu æquora quadrupedante,

At peditum ductor italus Torquatus anhelat
Vltro animis andens insigni se eximere orsu ,
Antiquos iaculos , soecloq. insigaia prisco
Tela quatit quacunq. omnis quaxauerat ætas ,
Dum non ferratas fabricarat cura syringas ,
Puluerē & igniuomum, qui stupa intruditur intus,
Plombea cuiq. pila virga super insertatur ,
Quam ignitus fumis stipato vibrat in igne ,
Insignem hic clamidem tergo squallente coruscat ,
Turmæ sectantur priscæ virtutis alumnum ;
Venit vt ad francos hic telum librat ab aure
Totus , & adductos sistit incuruus in artus ,
Abducensq. humerum retro longe arduus actum
Immittit , reserat digitos , palmamq. reductam ,
Exoritur telum , ferroq. euerberat auras ,
Roberti ignari & transegit vulnere lora
Ille suum indignans telum dimittit arenæ ,
Ft rapit hostile è torrenti vulnere frendens ,
Aduersumq. Petit comitens viribus actis ,
Queis vulnus stringit , totusq. in membra debiscit ,
Reflectit telum , volat atri turbinis instar
Sanguineus fraxus , clypei sortitus & æra
Aduersi , loricam , & pectus perforat ingens ,
Conuertere oculos cuncti , telum iste reuulsum ,
Rursus vibrasset , ni sauior ira petentem
Egisset ducto gladio , non segnius alter
Instat, & in paribus assistit feruidus armis ,
Sed furor instantum sociorum grandia tanta
Perturbat , miscetq. viros , turbasq. reuoluit ,
Iam circum immixtis turbantur prælia turbis ;

Turbine

Turbine contorto errores spirare furentum
Incipiunt, quales non vllus miscuit auster,
Nec laberinihæus scillæis fluctibus error,
Vnde ea diuersa penitus dum parte geruntur,
Et vix virtutis sub tanto turbine quicquam,
Errantes regit, & vix iam præcepta resistunt
Inuictus Carolus premit altum corde dolorem,
Nam pauci franci pugna vrgebantur iniqua,
Quid faceret, quauè erumpentes cogeret arte
Ipse sedens siquidem portis nunc excipit illos,
Diffusos, alios nunc promit, præstat & inde
Auxilium egressis, interdum se eximit orsu
Quantum cura fuit, ducis atq. instabile munus,
Consilijs quare fidis vult vtier, exin
Rugerium immitit constanti pectore notum,
Stat iuxta Bradamas magni spes altera facti,
Diuersos queis cura datur subducere francos,
Cursusq., astultusq. omnes excludere pugnis,
Haud secus ac iussi faciunt, namq inspicit anglum
Rugerius bello implicitum, atq. audacibus orsis,
At circum ardentem sæuas crudescere pugnas,
Extemplo ingreditur hostes, & more furentem
Pacta voce vocat simulatis ora resoluens
Dictis, ò moriatur, & in media arma ruimus,
Hunc contra insurgunt Marcellus & Attila turmis
Stipati, atq. illum perturbant vulnere crebo,
Sanguine purpureus sudore, & anhelus iniquo
Segnius, haud instans Francus præcepta capessit
Ad bibit ille modos, & sensum mente reponit,
Quo noscit sese reuocari in custra latenter,

Aure bibere viri socij, iamq. orsa retractant,
Inq. vnum coeunt, caduntq. instantibus vltro,
Franci, autem pariter praeceptis gressibus errant,
Arripiuntq. fugam, contorrent ictibus hostes,
Illi autem haud quicquam cadunt, sed pectore cauto
Instantes vitant hostes, cursuq. fatiscunt,
Primus Corradus nitentem vt sentijt hostem
Aulum Italum giro interior eludit oberrans
In socios sese recipit, fraudatq. ruentem,
Marcellus sed enim Francos de more coire,
Et sese implicitos pauxillum exoluere rixis
Arguit (accipiens diuersam pectore mentem)
Eximat vnita inde vt virtus fortius ipsos,
Hæc meditans celeres obuersus torquet habenas
Seuocat, atq. Italos, *virtus coit omnis in vnum,*
Interea Horatius maiorem corde recursat
Fraudem, qua è latere ignaros inuadere tentat,
Namq. videt celeres cursu, iamq. haurit imanem
Spem tumidus, animos obtutu & lætus in illo
Cedentesq. putat, tumidosq. dehiscere tursu
Clamorem extollit, clamorem vnde agmina cuncta
Conueniunt, Franci effusis referuntur habenis
Ille autem tollens vocem tum talibus orsus
Venit summa dies Franci, spes nulla salutis,
Hæc ait, & socijs stipatus pergit in hostes,
At prudens Carolus vrgentes sentijt astans,
Auxilium opponit illustri fraude repostum,
Fari namq. tubas iubsit, sonitusq. piosari
Auxilium aduentum castris, & plaudere castra,
Quos dam Germanis simulatos eximit armis,

Qui

Qui notum insigne postquam vndiq; pandunt,
Erumpunt castris, subito & succedere pugnæ
Incipiunt, contra & procurrere longius audent,
Tunc insueta fremunt Romani, atq. orsa retractant,
At Fabius Consul, cui belli summa potestas
Suscipit hinc socios maiori inuadere giro
Fingens aduersos, illo elongatus in orbe,
Subtraxit Gothos, Italosq. ad mœnia flexit,
At prudens Carolus mentem tum præcipit hostis,
Atq. gerit morem tacitus insueta frementi,
Colligit effusos, simulans se robora in vnum
Pellere, diffusam.munire atq. ordine gentem,
Inde erupturum sese maioribus orsis,
Sed non hæc animos possunt subducere sauos
Horatij, qui cædentes bis increpat iscens
Cunctantes socios, me in tanta peri cula solum
Mittite, cum reduces vis etis patria tecta,
Si forsan qnid de me actum sit Roma rogabit,
Dicite nescimus, na m linquimus hostibus illum,
Talibus his dictis densos moriturus in hostes
Fertur, & aduersum sese offert millibus vnum,
Hunc contra insurgit, paribusq. assistit in armis
Marfisa, immiscetq. manus, pugnamq. lacessit,
Indignans sed virgo moras, noctem & venientem
Pendentem cubito clypeum deponit, habenasq.,
Et geminas duplicans sublata in veræera pulsus
Connixa extremis contorquet viribus ensem,
Ictus sortitur parmam, (quam sedulus ille
Opposuit, terebrans calibetis tergera fusi,
Secum discerpit clauos radicitus actos,

Viribus

Viribus at nixis producitur ensis adactus,
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Hostis equi ducto diuisit robore, quare
Voluit se obuersum quadrupes, & bracchia iactat
Euersa, effusumq. equitem super incubat armo,
Mole vrgens, sed enim Horatius in turbine tanto
Instantis lethi, generosas ardet in iras,
Dentibus infrendit, tentatq. eludere pondus,
Ardescunt oculi, crudescunt corda labore,
Quinetiam tanto sob turbine bracchia iactat
Instantem forsan si offendat proprius hostem,
Linquit equum Marfisa, minanti atq. aduolat ense,
Vt proprius asta t librato vulnere sistit
Virtutem miserans tantam, victa hinc pietate
Sonnipedem exturbat, & terra subleuat ipsum,
Ille verens hostem parmam illam apponit, at illa
Excipit amplexù, miserum quo subleuet hostem,
Aspicit hanc virgo amplectens, & imagine pieta
Hinc remanet, depicta tamen, & sculpta videtur,
Exin sublatum dictis his prouocat hostem,
Virtutem paribus si vis cernamus in armis,
Hæc dicta Horatius stupido sub corde recursat
Dudum oculos lustrans, & pulchri vultus honores,
Loricam vberibus turgentem, & virginis arma,
Obtutu tenent era vago, nec reddere contra
Tum responsa valet, pietate & victus, & armis,
Interea dulcis comedebat flamma medullas,
Et tandem toto concepit pectore flammam,
Vnde ait, en cedo, pietati & reddere victum
Me iuuat inde tua, sic virtus ipsa reposcit,
Respon-

Responsum obstupuit virgo, laudatq. tacendo,
Hostis virtutem generosi, & grandia dicta,
Vix hæc finierat imperfecta ille loquutus,
Namq. oculi mentem rapiunt, alibiq. reuoluunt,
Obiectu nempè optato tunc sentijt illum
Ardentem virgo, concepto atq. igne frementem,
Quare abijt, oculosq. negat, crudescere amanti
Incipit hinc primum, crudeli atq. angere amore,
Ille autem medios tunc euasisset ad hostes
Insectans illam per mille sequentia tela,
At ne turbaret vultum cedentis, & ora;
Abstinuit frendens, pressitq. ad corda dolores,
Et iam maiores insurgunt montibus vmbræ,
Et campo incumbunt, cædunt nocti vmdiq, turbæ,
Ipse autem inuito referebat pectore gressus,
Et cor infœlix crudeli deserit illæ,
Quid faceret, quo se rapto sic ferret amore
Nescit amorem, subq. gelu tolerare magistro
Tam graue amoris opus, frigere inq. ignibus ipsis,
Solum oculos, mentemq. beat quæ restat imago
In corde, miseris quod restat amantibus vnum,
Tum secum ipse suos affari more dolores
Incipit, atque sedens vellet componere frontem,
Extollit parmam ignarus, puluinar vt esset,
Vt tollit, vultum aspexit agnouit, & arsit,
Exilaransq. animos concæpit gandia corde,
Osculasq. infigens orsus prima hæc rudi amore
Vera ne te facies, an dulcis te eximit error
Insomnem parmam, effigies an cordis es huius,
Tu spes sola mihi, nec plura exoluere dictis

Stit

Scit miser, ò quoties vellet depromere curas,
O quoties tentat dulcem narrare dolorem, (est
Non potis est sed enim, nam nondum doctus amore
Spargere lacbrymulas falsa inter gaudia lætas;
Interea obsessos spes maior mulcet in vrbe,
Nam inuectas præter fruges, atque arma reducta,
Et quicquid valido vallat munimine muros,
Delitiæ gustus tacita sub nocte feruntur,
At Desiderius nunc has nunc aspicit illas
Murorum partes, & propugnacula iungit,
Rescindit vallos, custodes mutat, & omnes
Concilio accito insignit, quos maxima virtus
Signauit meritis, largitur munera, honoresq.
Inde vrbem viscus nil curis linquit inausum,
Nil non prouisum, nil non constare serenum,
Præcipue id curat, ne ciuem miles obumbret,
Parte alia ingentes frugum constipat aceruos,
Talia versantem conuenit Scipio consul,
Qui indignans claustrum generoso hæc incipit ore,
Sed sic claudemur? sed sic iuuat ire sub vmbras?
Desidijs suetum tolletur mole cadauer
Ornata? at nullo insignetur nomine corpus?
Me ma quæ huc virtus primis traduxit ab annis
Vrget iucundo demonstrans fronte pericla,
Obijcit & castri torpentem deside vitam,
Ad me quod spectat, quod auitæ ad grandia prolis,
Ibo animis vltro, qua virtus edocet orsa,
Ne sic me indecorem reduci sol visat eoo,
Iamq. aduersa cadat licet, aut fortuna secunda,
Nam numquam efficiet, quin pulchra morte cluescã,
Sal-

Saltem ni spolijs referam me victor opinium,
Si sedet hoc tibi, me paribus assistere in armis
Concede, & Francorum marte lacessere quamquam,
Cui maior virtus, animusq. in pectore presens,
Talibus insiluijt dictis, contra ille profatur,
Quamuis incuruum me annorum pendere cernis,
Candenti & senio languentem, in pectore virtus
Nequicquam languet, animus nil fessus in æuo,
Nec senio infractæ torpent in prælia vires,
At tu deberes rebus te expendere egenis,
Virtutemq. tuam bello seruare petenti,
Luxuries postquam tibi feruet robore pubis,
Robustæ, ardentem paribus assistere in armis
Permitto, idq. tuo cordi me ponere senti,
Haud mora, tum iuuenis venia furit altior ipsa,
In mentem assurgens, virtute hinc præcipit hostem
Ilicet immittit famulum sua dicta ferentem,
His vera, virtute virum nil castra decere,
Qui ducis infrendens iustis frænatur habenis,
Quali animo quatiat paribus testabitur armis,
Fortem animum poscit in prælia, & inde lacessit
Illum cui maior virtus, in pectore præsens,
Quod si victor erit primi, vocat inde secundum,
Victori victus famuletur at inde labore,
Hæc vbi dicta dedit portis sese extulit altis
Nuntius, atq. manu ramum pretendit oliuæ,
Inflans more tubam aduersos it liber ad hostes,
Nuntius vt notus, postquam data copia fandi
Incipit, & dictis mandata ex ordine pandit,
Tum Carolus breuibus responsis ora resoluit,

Adueniet, quaecunque petit ſtant more parata,
Nuutius ergo ruit reſponſum, & rettulit, inde
Addidit auditis mille indignarier ora
Mille animos fremere, martemq. laceſſere vidi,
Nulla mora in Francis propera iam conſere dextrã,
Reſponſum aure bibit iuuenis genercſius ardens,
Seſe ira incendit, oculis micat acribus ignis,
Arma fremit, quaxatq. haſtam, triſtasq. coruſcat,
Talis mugitus tum primos incipit ardens
Taurus & iraſci demiſſa in cornua tentat,
Nunc totum abductis ſe coſtis congerit, & nunc
Trunca fremit nitens, nunc ventis cornua iactat,



PIE-

PIETATIS CAROLI MAGNI LIBER QVINTVS.



ARGVMENTVM.

SCipio præliatur cum Gilberto, pro Rinaldo, deinde cum ipso Rinaldo, bellum nocte dirimitur, Gilbertus captiuus ducitur, Maga mittit falsum nuntium, Rinaldus accipitur rete, Scipio redit in bellum, Senior Amon eligitur illi contrarius.



ECCE autem primum portis sese extulit ingens,
Et magnos membrorum artus, magna ossa lacertosque
Armatos quaxans medio stetit æquore mole;
Aspectuq horret minitanti, feruet (& ore
At nondum electus quisquam nec se eximit vllus
Francorum, Carolus non vllum pectore seruat,
Virtutes fremitant, secreto & corde modestæ,
At designari cunctis annuentibus vnus
Spectatur circum inuenis Amonius heros;
Indicat aura illum, Carolus iam mente reponit,

Hinc veluti faueat cunctis poscentibus illum
Eligit, & fatur natiuo en vtere corde,
I virtute tua, atq. tuos imitare parentes,
Hic heros Caroli reuerenti pectore dicta
Accipit, ast illi tenduntur robore nerui,
Arma fremens ardescit, munere & acrior ipso
Poscit equum, & frendens generoso accingitur orsui:
Venerat interea Tarpeia vt grandia corda
Bellantum aspiceret, socium & statione teneret
Namq. riualem illum secreta mente reponit,
Rinaldi, & Fabij, at secum hæc rectore seruat,
Obtutu sistit Rinaldus, cum videt illam
Imperium antiqui sentit concussus amoris,
Hinc non spectat amans qua sæuus inhorrint iram,
Atq. minis frontem sublimem quaxat anhelis,
At detorquet equum, vultui se aduertit & illo,
Gorgoneoq. stupet sub marmore lumina spectans,
Scipio surgentem postquam non cospicit vllum
Exclamans fatur quis vestrum se eximet vnde
Gilbertus cari Rinaldi punctus honore,
(Quandoquidem interno Amonij deninctus amore)
Sufficeret quo defectui, quo deuiat ille,
Et ne Rinaldi maculetur crinine nomen
Sit quamuis impar tamen audet tendere contra,
Atq. iuuat sese tanto obiectare periclo,
Tantum infœlicem nimium dilexit amicum,
Scipiadiq. acta surgentem se eximit hasta;
Cuspibus quare demissis congrediuntur,
Sonnipedesq. citos ferrata calce fatigant;
Sentijt hinc alto excussus Rinaldus amore,

Officium

Officium hic miseri frendens agnoscit amici,
Non vult implicitos excludere, forte timoris.
Nomine ne maculet generosum pectus amici,
At grauiter frendens premit altum corde dolorem;
Illi autem impliciti multa vi vulnera miscent,
Hæc inter Francus iuuenis validum excipit ictum
Hostis nitentis nequit hic subsistere tantum,
Voluitur excussus latè, & præstratur arenæ,
Scipio sed postquam stratum aspicit ocyus inquit
Cede arma, & nobis seruus famulare labore,
Gilbertus sed enim tumidas exarsit in iras,
Contra hæc pone tua, summis & viribus ensem
Intorquet, fugit ille fremens & deserit ictu
Connixum, & proprio in casus tunc se impete adactũ,
Sternitur hinc Francus, & sparsæ languet arenæ,
Impius ille furens prostratum vt conspicit hostem
Sonnipedem obuertit, miseri & super arma iacentis
Egit quadrupedem, atq. inimico hæc addidit ore
Vt te, sic socios, Rinaldus talia cernens
Arcana intumuit rabie, vultrice arsit & ira
Accensus furijs, aduerso hinc talia fatur
Ingrediens vltro o anime vilissime quidnam
Audes? victorijs etiam es qui infamis in ipsis,
Sic iuuat in miseros, te sic seuire iacentes?
Dicitur haud victor tali qui accingitur orsui,
Talibus auditis rabie ille exestuat ima
Dentibus infrendens, vltricia promere verba
Vult, at non potis est ira sic obrutus atra,
Verborum hinc tumido sonitus confunditur ore;
Altera vt alterius exarsit in ignibus ira

Sonnipedes retrahunt, atque elogantur & hastus
Extollunt, medio patuerunt æquore campi,
Nunc age Calliope maiori carmiue tantas
Virtutes animi, generosas pectorum, & iras,
Vberibus firmant, & tollunt altius ambo
Ardentes equites, ingentia robora fraxi,
Nonnunquam cursus, nonnunquam saltus & alæ
Nonnunquam furiæ celeri sic mole feruntur,
Vt concursus equum dorsis instantibus vltro
Romani & Franci, cursu in contrario adacto,
Franguntur galeis contra innitentibus hastæ,
Et circum frustis aspersus grandinat aer,
Sonnipedes sed enim præfractis cursibus acti
Longe præcipitant, atque euoluuntur in armos,
Vrtus sed nequeunt frontes motare superbas,
Districtis gladijs bellorum hinc inde magistri
Sedibus insurgunt, terræ & vestigia firmant,
Cautus vterque rotat connixum in verbera ferrum
Et scutum pectus circa munimine librat,
Sedulus hos aditus nunc tentat, uunc fugit illos,
Annuit hic minitans, illic noua vulnera librat,
Nunc ruit exardens, cedit nunc arte magistra,
Ingenio ingenium, atque artem arte eludere tentat,
Constitit in neruos extemplo incuruus vterque,
Atque ensem ad superas interitus extulit aurus,
Abducit retro longe vultum arduum ab ictu
Ictibus immiscetq. ictus, pugnamq. lacescit,
Romanus vasta membrorum mole superbus (lum,
Vrget in aduersum, in medium & vult corripere il-
Ille pedum melior motu, celeriq, iuuenta
Mille

Mille fugit, refugitq. vias assultibus instans,
Ecce autem patulo Rinaldus pectore se offert
Irrumpens, Italus vacuo ensem dirigit illo,
Ille autem scuto procurrens decutit ictum,
Atque ensem vibrat correpto tempore eodem,
Quare sortitur conducto verbere pectus
Hostis, thoracem & degustat vulnere paruo,
Scipio cum sentit furijs accensus, & ira
Nixus in aduersum rabierum fluctuat æstu,
Qualis inhærentis hastæ cum vulnera sentit
Vrsa, ferox tales furibunda exardet in iras,
Vt semet validis opponat fervida telis
Occurrens morti ipsæ, obliuiscensq. pericla;
Talis Romanus fœdum vt se sanguine cernit,
Sanguis & ille sibi telum spectatur inhærens
Ardet vindicta tantum, tantum ardet & ira
Vt scuti oblitus solum ictibus eximat ensem,
Hinc furiæ ardenti feruentes robore vires
Viribus adiungens prædurum habitumq. laboris
Vsque adeo ingeminat nitentibus ictibus ensem,
Vix potis vt Francus præuertere vulnera scuto,
Ille autem ensem sic nitido mucrone coruscat
Aere vt erumoens, stellaq. cadente nitescens
Ferrum sit visum, vix tantum sustinet iræ
Rinaldus, animosq. indignans hostis anhelos
Compunctus stimulis aduersas arsit in iras,
Oblitusq. artis celeres rotat igneus ictus,
Aemulat & furijs animisq. ardentibus hostem;
Multa viri inter se nequicquam vulnera librant
Et multa ingeminant, clypeis caua tempora circum

Tinnibat galeæ, solida ictibus era faoiscunt,
Inuaduntq. manus manibus, luctamq. lacessunt,
Hinc virtus belli, mentisq. industria cautæ
Ira exturbatur, rabidus furor orsa ministrat;
Nil æris mora densa iuuat, nil tergora ferri,
Nam quacumq. tonat terebranti verbere ferrum,
Aut forat, aut frangit, ferrum aut discerpit ab ipso,
Spargitur hinc tellus armis, atque arma cruore,
Et sudore cruor, quatit æger anhelitus artus;
Fulgores flammæ, tonitus rumoribus enses,
Fulmina sunt feriendo, defixa ora tenebat
Hinc atque hinc populus, tacita sub mente recursans
Virttutem alternam, studia in contraria scissus,
Non secus ac pronis cum ini mica in prælia tauri
Frontibus incurrunt, obnixaq. cornua figunt
Inuicem inhærentes, seq. in sua bella plicantes,
Stat pecus omne metu aspiciens, pauidi inde magistri
Intenti ora tenent, illi se sanguine largo
Spargunt, interea surgentes montibus vmbræ
Prospectum eripiunt, consurgunt ilicet ambo
Precones prompti hinc Romanus, Fracus & inde
Pugnæ interponunt pariter cocuntia sceptra.
Pacifera, hinc bellum dirimunt, & pectora mulcent,
His dictis, bellatores iam cedite nocti
Ambobus virtus, animusq. in pectore præsens,
Ast animus fortis, meritorum & verus alumnus
Nequicquam noctis curat, quæ ignota geruntur,
Romanus fatur mens est finire laborem,
Nam mea me virtus docuit sub nocte nitere,
Contra hæc Rinaldus ni tu sub fœdere spondes

Reddere

Reddere captiuum volo nunc decernere finem,
Et potius patiar vitam hanc aufferrier hosti,
Quam illum captiuũ, quæ nunc mora confere dextrã,
Contra præcones fantur iam cedite sceptris,
Paciferis, sit præceptis vrgentibus vrget
Relligio nam equitum, sic belli postulat ordo,
Atq. diem decimum vestræ præscribite fini
Vulneribus quo cura detur, præcepta capessunt
Iussi ambo, inuitis & cedunt cordibus ambo,
Hinc pugnæ euentus varij discrimina belli
Iuditijs diuersis vndiq. & vndiq. aguntur,
Hæc inter reduci bis sol affulsit eoo;
Rinaldus sed enim premit abtum corde dolorem
Captiuum si quidem socium sub pectore versat,
Atq. fremit longum tempus, & congerit iras
Diditur hinc casus fama narrante per aures
Rinaldi, atque aliquo maculatum crimine nomen
Captiuum si quidem Romano liquit inultum,
Quod grauiter frendens Rinaldus corde volutat,
Hoc maga cum sensit exploratoribus actis
Queis campum infestat simulato nomine quendam
Dimisit famulum mendacia dicta ferentem
Scipiadem dono circeæ mittere terræ
Illum captiuum, Rinaldus carpitur igne
Vt sensit, quare preceps vrgentibus iris
Tendit iter cursu, nulli sua & orsa reuelat,
Ne Carolus trahat inde moras, rabiemq. retardet,
Hinc se ad Caietæ recto fert littore portum,
Sortiturq. nemus circæum gressibus errans,
Atque animis fidens, nam sæuit pectore virtus,

Ecce

Ecce autem ante oculos oritur mirabile monstrum
Ingens, sus qualem stupuit Calidonia tellus;
Circaum hoc monstrum, quod Franco tendere contra
Audenti, haec fatur fremitu, nostraq. loquela,
Infrendens mixta, sum custos desere captum,
Obstupuit Francus percussus pectora miro,
Obtutuq. haeret totus defixus in illo
Portentum vocis, fremitusq. in corde recusans,
Tum cruce signata monstrum fert pectus in ingens,
Nam captiui custodem monstrum arguit illud,
Sus dat terga illi patuit quare aequore lucus
Perge iter posset qua Francus flammeus ast hic
Intumidus animos fugientem hinc inde lacessit,
Captiui oblitus, fertur nouitatis amore,
Et monstri vellet causas tentare latentes,
At maga despectam quae sese vlciscier ardens
Solertem famulum misit mendacibus orsis,
Praecipitem vt nouit, suis & vaga terga prementem
Dum furit ille alibi, contextum funibus ingens
Extendit rete, quo scit captare ruentes
Praecipites, quos pellit amor, seu dira cupido,
Occupat hinc aditus constructis funibus illos,
Rinaldus quare perstrictus lumina, & iris,
Et furijs, nemoris sub caligantibus vmbris
Incautus errans rete nanciscitur ingens,
Implicitusq. pedes se in casum voluit iniquum,
Fraudibus hinc circum reuolutus clauditur illis,
Nequicquam manibus tentat diuellere nodos,
Quamuis supremis connitens viribus instet,
Tum maga quae insidias aspersa fraude parauit,

Per-

Perstrinctum vinclis trahit,atq. insueta frementem
Captiuo hinc fatur, nec mors nec damna manebunt
Te tantum nostri amplexus, te claustraq. læta,
Interea te precipitem hanc requiescere noctem
Hic inuat, his dictis captiui pectora mulcet;
Ecce autem deiemo voluuntur sidera lapsu
Corpora iam captant iucundi dona saporis,
Scipio sed feruens belli meditamine nullos
Soluitur in somnos, nam conscia pectore virtus
Seuit, & vt primo se phœbus lumine tollit
Arma fremit, Desiderius hunc munere donat
Armorum, aureolis effulgent omnia stellis,
His grates referens extemplo se induit, vltro
Secum hæc, nulla fugæ spes aut noctis fouee hostem,
Hæc vbi decreuit famulum sua dicta ferentem
Dimisit volat ille sua, & dicta ordine pandit
Conuenere ducem Carolum tunc ocyus omnes,
Quos timor acer agit, seu presens pectore virtus,
Magno stantq. metu muti, sed dicere moussant,
Interea ille minis rursus sese extulit illis,
Fulgentem quatiens hastam, nitidamq. coruscans
Turbidus ingreditur iam campo quantus Orion
Cum pedes incedit Nerei super æquora dura,
Celatusq. altas humero supereminet vndas,
At Carolus voluens oculos hinc inde moratur
Querens cui virtus, animusq. in pectore presens,
Nec quamuis multos obtutu sæpe lacessat,
Quisquam respondens digno sese obtulit orsu,
Namq. virum desunt flores, & robora campi,
Rinaldus varijs errat ignotus in viris,

Ruggerius

Rugerius languet transfoßus vulnere multo,
Austriacus valido nequicquam se eximit orsu,
Ast alios timor ipse vrget, se pectore quamuis
Ardenti monstrent, velle atque incurrere moli
Instantis monstri, & vitam pro laude pacisci,
Iam timor horrescens lætho maculabat honorem,
Talia quæ cernens Carolus, & corde recursans
Insurgit sede, & generosas ardet in iras,
Summisse hinc fatur sceptro hoc indignus, & aura
Vitali eßem si duris cum rebus egestas
Poscit, desugerem priuati munus, & arma
Nomina sit patiens maculari crimine Franca,
Huc illuc Franci sedeant, Italiq. tuentes,
Impauidus ferro crimen commune refellam;
Hæc vbi dicta dedit ferri iubet ocyus arma
Iam clypeo insertat læuam, iam subleuat hastam,
At senior Amon Francorum gloria certa
Consilij virtute potens, nec segnior armis
Occurrit monitis, & talia voce prefatur,
Absit Rex Carolo capite obiectare sub vno
Imperium, atque fidem vno quamuis tutius illo
Non siet, & virtute potens, & fortibus armis,
Tu dux, & princeps mens, & victa agminis ipsa,
Dextræ sancta fides ista hæret, spesq. laborum,
Vicarius Christi, atque exire tyrannide Gotha
Hac sperat, mole & capitoli surgere saxum,
Ast me quem incuruant annorum pondera multa,
Non adeo me exosa senem victoria spernit,
Vt iusta quicquam pro spe tentare recusem,
Ibo animis contra spolijs, aut morte cluescam;

Si mi-

Si mihi quæ quondam viridaret robore pubes,
Quaue iste intumuit, qua tantos præcipit hostes,
Quaue ipse prostraui immani mole gigantem
Aetneum, profugum cum me illic appulit auster,
Nequicquam tantum spei hostis turbidus auxet,
Iam demum mea nunc sit qualiscunq. senecta
Vltro animis audet tanto se opponere monstro,
Vos iuuenes placidi captate hinc dona senectæ,
Credite nequicquam hoc senium morietur multum
Dicta hæc astantum ferrata, vt calce fatigant
Corda, latusq; fremit stimulis, quare excita virtus,
Tum Marfisa fuit, tunc Astolphus mouet arma,
Austriacus princeps vix sese continet ardens,
Iamq. Oriana ardet, Amadigis & ardet in iras,
Ariodans iuxta paribus sese eximit orsis,
At præter cunctos senior fremit orsa furescens,
Atque ardore suo socios tunc excitat ignes,
Iamq. adeo francum, thoraca indutus in ensem
Voluebat dextram, Carolus tum talibus orsus
Priscæ ò virtutis senior, speculumq., decusq.,
In te virtutem belli specula bimur ipsam,
Quod si forte decem tantos hoc agmine haberem,
Vltro ab vtraq. polo, signum crucis effundißem,
Nunc quoniam virtute tua socia excita virtus
Huc illuc surgit, subeant volo nomina sortem,
Hæc ibi dicta redit signantur nomina, & auream
In Caroli galeam voluuntur, voluitur vrna
Ipso motante, hinc primus tulit exitus ipsum
Amonij nomen, plauserunt ordine cuncti,
Et læti ardentem magno clamore salutant,

At

At ſenior viſus tunc reflorere iuuenta,
Deſuetaſq. roſas ardoris pandere vultu,
Hunc Carolus cernens lætanti hæc pectore fatur
I decus i noſtrum virtutibus vtere ſuetis,
Nam tua te virtus magna inter præmia duret,
Defenſamq. dabit bello de more ſenectam.

PIETATIS CAROLI MAGNI

LIBER SEXTVS.



ARGVMENTVM.

AMon ſenior prœliatur cum Scipione, Attila rum pit fœdus, Carolus inuadit hoſtes cuſtoditus ab Angelo, romani ſe recipiunt in Vrbem, Vitiges inbet rurſus præliari, pugnatur.



Mprobus elle moras iam dudum paſſus acerbat
Pectus, ſæpe minas dictis, & miſcet amaris,
Et tardos animos, abſentem ludit & hoſtem,

Talibus

Talibus ò virtus Francorum maxima nunc iam
Rinaldus veniat, paribus cum assistere in armis
Nequicquam vmbra vetat, possit quid viuida virtus
Experiamur adest forsan? nec cerno ego sauum
Tanto horrore fremo, Francæ vos robora pubis
Quis vos casus habet, vel vos maioribus orsis
Differt cura viros maioris laudis egentes,
Talibus his dictis spectantum concutit aures
Defensus rabie, membrorum molem, & inhorrens,
Nunc hastæ quaxans immania pondera summæ,
Nunc capulum sfinge horrentem nunc lumina saua,
Nec minus hinc senior se indutis sauus in armis
Virtute exacuit, prudenti atque excitat ira,
Ocyus ergo moras rumpens sedi insidet altæ
Sonnipedis, Borea patrio qui nomine dictus,
Hunc siquidem Boreæ peperit formosa marito
Maior equa appeteret turgenti semen vt aluo,
Cumq. ardor nimius ferueſceret ebibit humorem
Auræ aluo, in prolem conceptus cogitur humor
Sonnipedem hinc peperit, quo non velocior alter,
Nam per squallentis segetis suprema rotaret,
Nec teneras rapido cursu flexisset aristas,
Ergo vbi procedens ardenti proprius instat,
Effundit vota flagrans hæc pectore ab imo,
Magne Deus Dauid qui tela imbella, manusque
Goliæ in frontem dirrexti, dirige certum
Longæui ferrum crudelis in ora gigantis,
Dum fatur senior flagrans spe talia viua
Audijt hæc Deus, æterna & pietate dehiscens
Custodem exacuit longæui, vt reddere tutum,
Et dare defensum bello quo poscit egestas

Possit,

Possit, tum custos Franco prudentia prima
Quem peregrinantem teneris traduxit ab annis
Castellum superat pariter certantibus alis,
Qua hostis diuinæ solio fusa arma refulgent,
Namque hic asta nitet, cuius sub verbere serpens
Corruit in læthum, atque horrentia fulmina mole,
In medioq. tridens ingenti fulgure splendet,
Humanæ culpæ supremus maximus horror,
Ensis iam dudum, quem depurauerat ipse
Angelus ante oculos Gregorij cæde tabentem,
Cuncta inter clypeum insignit adamantinus vmbo
Mole nitens rutila regum munimina iustorum,
Angelus hunc carpit, socijsq. essistit in armis
Longæuum iuxta inuigilans munimine prompto,
Communem interea loquitur vaga fama timorem;
Quare vrbe effusis erumpunt agmina turmis;
Nam visum est toto certari corpore regni,
At contra miseri stringuntur in agmine Franci
Virtutemq. fouent socijs proprioribus ipsam,
Ex templo senior monstro se opponit, & astans
Prouocat aduersum, & fidens fert pectus in hostem,
Conspicit ille ferox, dictisq. irridet amaris
Illum, quænam inquit Rinaldum cura retardat?
An quoniam tutum tacitis se credit in vmbris,
Nequicquam! sedenim nam cælum si petat alis,
Siue ima clausum valeat se condere terra,
Non tamen effugiet nitentem hanc verbere dextram,
Talibus auditis senior prorumpit in iras,
Et contra hæc talem tute mentiris, & illum,
Quæcumq. est fortuna mea est me verius ipsum,
Proq.

Proq illo fœdus luere, & me opponere bello,
Dentibus infrendit consul, nec redde contra
Iniurias rapido potuit sic feruidus ore,
Hinc cursus captat spatipm, nec segnius alter
Aduersi incurrunt figentes oribus ictus,
At senior dueto galeam sortitus in rectum
Nequicquam hærentem valuit motare sedili,
Parte alia consul vanam sibi sentij hastam,
Et sese elusa connixum cuspide, namq.
Cæleстis custos nitens inuuluera ferrùm
Impulit in latus, eq. sene tantum arcuit ictus,
Tum consul mordet furios labra dolore,
Indignansq. hastam vanam prærumpit arenæ,
Aduolat hinc ferro insistens, pugnamq. lacessens,
Sonnipedem ingentem nitenti dirigit vrtu
Aduersum in segnem, & dextro ruit obuius armo,
Cautior ille suam arcebat hinc inde senectam
Omnes traducens sese detortus in orbes,
Arietat at consul producto flammens ense,
Hunc senior dextrum colludens occupat orbem,
Inde celer summo degustat vulnere frontem
Impete præcipitis, consul repetita per orsa
Connixus rabidis contorquet viribus ictum,
Francus equo celeri fretus se subtrahit, exin
Incurrens galeam sortitur verbere vano
Oppositam, quam nec scindisset lata balistra,
Multa equites nequicquam inter se prælia misceut,
Multa æri, & tergo ingeminant caua tempore circk
Crebra manus labens vanas deflectit in auras,
Ille ast mole valens congressu incurrere tentat,

Hic senij cura prensantem eludere promptus
Circuit, & qua præcipit orsa facillima tendit,
Sed postquam Francus non vllo verbere corpus
Degustare valet, victorem quo exigat ensem
Ferrum inter, ferrumq. viam sibi rumpere ferro
Tentat, & ardenti propriorem se eximit orsu
Ast consul postquam vicinum est nactus, in ensem
Alte sublatum consurgens vulnera vibrat,
Quæ velox boreas nequicquam eluderet, ille
Francum sanguinea præ fractum strasset arena,
Ni custos proprius, qui astabat rebus egenis
Protinus obijceret clypei munimina lati,
Atque adamante acto exciperet tum sadulus ensem,
Perfidus hinc ensis glacies ceu futilis ictu
Corruit, & valida connixum deserit ira,
Obstupuit consul defectum, vt sentijt ensis,
Frustra hinc diffusa, & dextram miratus inertem,
Aduersi credit præfractum verbere duri
Donum id cæleste senior sub mente recursat,
Tunc sese obiecit Amoni maxima virtus,
Ne armatus sese in Romanum ferret inermem,
Hoc meditans dictis tunc exorientibus ora
Soluebat, misit mentem cum cauta senecta
Ne exponat dubio campum, obiectetq. periclo
Nomina cum toto certatur corpore regni,
Hæc inter Consul frustum, capulumq. lacerto
Immittens Franci concussit verbere malas,
Insistensq. vltro tentat miscere palestram
Segnius haud Francus præuersis orbibus vrtum
Eludit giro interior, rursusque reuertens

Ense

Ense ferit valido connixam harpagine dextram,
Mille fugit, refugitq. vias, & vulnera librat,
Qua nixum amplexu per giros conspicit hostem.
Qualis vt accipitrem connixis vnguibus actum
Insistisse videt libratis cignus in alis,
Obuius it rostro, minitanti, & vulnere pellit
Connixas harpas, Amon nec tendere contra,
Audet, nec patitur decedere conscia virtus,
Ille autem bis librato sese obÿcit ensi
Bis punctus grauiter infrendens orsa retractat,
Attila at interea dubÿs libratur iniquis
Multa viri virtus animo, multumq. periclum
Sepe recursat, agi Roma iam turbine in illo
Consulis aspexit, qui vt nauis saucia ventis
Mole, & vastata, iam iam casura dehiscit,
Præfractusq. ensis, præfractus temo videtur,
Ocyus Aldinum iussit contendere telum
Aldinum insignem, quo non præstantior alter
Vibrato telo punctum nanciscier omne,
Ocyus hic surgit, neruo atque obuersas equino
Contendit telum, contractaq. cornua ducit,
Diuersus tendens, pulsus iam longius actos,
Excludit capulum, volat ilicet ocior euro
Telum ingens, Franci, & sortitur cuspide tergum.
Ascisitq. sibi rimas, atque intrat adactum,
Inde latus Franci degustat vulnere inhærens,
Cælestis si quidem custos non passus iniquum
Ferrum vltra ingredier, longæuũ, atq. angere fraude,
Sentÿt hoc senior raptatq. e vulnere telum
Paulum elongatus, scelus ipso hinc obÿcit hosti,

At Carolus fixo qui obtutu ſpectat amatum
Segnem, indignatus tumidas exarſit in iras,
Infeſtum fœdus noſcens, telumq. cruentum,
Annuit, & nutu totum diffunditur agmen
Quare hic incenſa pugnæ eſt vltricis imago,
Nam vindicta fremens ratione exaſperat omnes,
Vltro animos acuit, generoſaq. pectora firmat,
Protinus incumbunt galeæ, ſoluntur habenæ,
Vberibus ferreis capuli nituntur ahæni,
Aduerſæ incurrunt haſtæ, pugnamq. laceſſunt,
Iam ſonitu ingenti mixtam dant arma ruinam
Subſtrepitant galeæ, ſtridentq. haſtilibus auræ,
Ferrea ſumma ſeges ſtrictis mucronibus horret
Contorrent Gothi, Romana atque agmina circũ,
Conſul vterquet ruit & proditer Attila ſæuit,
Et iam iam Franci pugna vrgebantur iniqua
Robora nam deſunt campi; cæleſtis, at ille
Cuſtos vltorem Carolum per bella per hoſtes
Protegit educto clypeo, francoſq. ſecundat,
Tunc Itali & Gothi ignoto ſe horrore repulſos
Mirantur, Carolum & propriorem ferre nequibant,
Inſtanteſq. hoſtes, quare voluuntur in vrbem
Præcipites; Carolus prærepto tempore francos
Seuocat, atque actos cogens ſe in caſtra recepit,
Diditur ex illo Romana per agmina rumor
Horrorem vſq. adeo ingentem Carolum præferre,
Aſpectu, & ſæuo mortem portendere vultu,
Cum Campo ſe infert, & turmas agmine pellit,
Cunti vt in horreſcant perculſo pectore corda,
Has inter curas magno flagrante tumultu

Multo-

Multoties phœbus venit, & cessit eoo,
At vitiges cuius meliorem conditionem
Est curæ accito captare in prælia cœtu;
Longæuum studijs, & pellere robora pubbis
Ocyus agnouit, quo vergat pondere læthum,
Namq. euiratum iam francorum arguit agmen
Eparibus Caroli, diuersos quos amor egit,
Atque ducis solo Carolum se munere ferre,
Assueta inde statum campi ratione recursans
Certatim accingi, atque effundi funditus agmen
Imperat, indicens sæuis nunc cominus armis
Pugnari, & ducto proprius decernier ense
Quem fessis finem rebus ferat vltima virtus,
Tentare auxilium & liceat quo scria laborum,
Hæc ait & pariter curis certatibus vltro
Dant animos iubsis expensa, atque arma capessunt,
Certatim Gothi atque Itali, exercet labor omnes
Læuam alius clypeo insertat, aliusue coruscant
Ardentem clypeum, distentum accommodat ensem
Longe alius, quaxantur tela, hastæq. frementes,
Armi sonnipedum sternuntur sedibus, ordo
Agminis hinc surgit, turmisq. educitur agmen,
Iam bellum portis diffunditur e conuersis,
Qualis prorupto se voluit ab aggere riuus,
At Magnus Carolus cauto qui semper amore
Excubat ad francos, & relligionis honorem,
Hostiles semper voluens sub pectore curas,
Vt monitus lato incursu increbescere turmas
Præcipit hostiles animos, secumq. volutat
Quid ratio belli exponit, curisq. reuelet,

Arguit inde hostem furioso se eximere orsu,
Nam infractis credit torpentes viribus vltro
Francos, atque hoc externum suasisse duellum,
Tum propter socios ereptos agmen inerme,
Hinc non his cedit, sed contra audentius instat,
Vltro animos tollens magnos maioribus orsis,
Eximit hinc hosti aduerso de more minores
Quam ratur ille viros, simulantes castra fouere,
Indicitq. ipsis nè pugna cominus instent,
Cautius, & studeant læuo se credere Marti,
Siue vrgent, seu bella trahunt, nil longius errent,
Ni signo moniti signum dedit, vt tuba dicet,
Expedit Austriacum post hæc de more furentem,
Cui postquam dabitur aduersos tendere contra
Inserpat medios quamuis moriturus in hostes,
Exin sit curæ generosa morte clucre,
Accipit ille suum generoso pectore munus
Haud mora præmissi summis adiungere rebus,
Vult Amadigem præceptis, atque instruit iscens
Obserua girum, qua educet sedulus hostis,
Quo ingressum immergat, valeatq. includere giro,
Quasecunq. feret hostis vestigia lustra
Instantis, tum terga preme, cursuq. fatiga,
Ilicet ille volat accepto munere lætus,
Ipse autem Carolus castri sub limine sistit,
Rugeriumq. suum languentem vulnere multo,
Amonemq: senem castri, facit esse magistros,
Attila tunc frendens primum qui se eximit orsu
Vltro animis instans miratur inertia corda,
Ante omnes Carolum paucos qui opponere tantis
Audeat,

Audeat, & certa castra prætendere morti.
At senior vitiges Gothis stipatus in ipsis
Præcipit hostilem mentem, sub imagine falsa
Præcipisse Ducem censet, nec cedere campo,
Nec struere auderent acies, verum aggere turmas
Seruare, & castri sub limite ponere vitam,
Hæc inter velut, ante valans sese Attila præfert,
Aduersaq. ingens Francis apparuit hasta,
Vt proprius dictis his ora frementia soluit,
Quis pudor o Franci, vos obsidione teneri,
Queis cara est Romam longa obsidione tenere
Seruare vosmet morti, & prætendere castra,
Non æquo dare vos campo, nec tendere contra
Vos iuuat, o iuuenes date tela, & scandite muros,
Venit summa dies Francis, Romæq. periclis,
Arrident plausu Gothi, sociosq. lacessunt,
Francorũ ante oculos, ducis, atque auditu frementis,
Ille vbi dicta dedit vicinum torquet in hostem
Telum principium pugnæ, ferit astra voatus,
Intonuere tubæ, medios erumpit ad hostes
Diuersa e parte turmis stipantibus heros
Austriacus hastam protendens more reductam,
Incumbunt hastæ sociæ longæ ordine nauis,
Vno sublimes quæ ramos eximit haustu,
Miscentur congressu hostes, dant arma ruinam,
Contra hunc Flaminius florentes ære cateruas
Agmine agit, belgæ, & se offert nodumq., moramq.,
Non tamen effecit quin Princeps ingrediatur,
Cui virtus sæuit bene conscia pectore firmo,
Nam ceu surgenti connixum flumine torrens

Sortiras vaštat segetes, iactatq. ruina
Diuersas, & agens præceps rapit omnia secum,
Austriacus princeps sic vrgenti agmine nixus
Hostilem in turbam, spargit hinc inde ruina,
Diuersamq. rapit, dorso insistente per æquor,
At qui secreta stabant sub parte reposti,
Auxilium egressis queis cura est fundere primum,
Quos Amadigis agit, vrgentes terga prementum
Erumpunt subiti, ast Amadigis feruidus orsu
Solerti cura partes eumctatur in omnes,
Qua auxilio subeat socijs, Belgæq. furenti,
Ingrediensq. hostes vibrato purpurat ense,
Hinc paucis turmis tantum confunditur agmen,
Hoc si quidem Carilo moniti virtute secundant,
Tandem ductores præcepta cede suorum
Conueniunt pariter Marcellus, Flamminiusq.,
Iactatasq. vident turmas, hostemq. receptum,
Flaminius clamat inclusum cingite turma,
O socij nos præda manet en perfidus hostis,
Talibus auditis iactati animantur in orsa,
Haud secus ac iussi faciunt, hinc mille videres
Sese agere in girum, ductaq. instare corona,
Alligit hos si quidem prædæ precepta cupido,
Principis Austrici & deuita e sanguine certant,
Ille autem vt cernit instantes fulminat ense,
Et fortes late neruos & brachia tendens
Huc illinc medius ingentes sustinet hostes,
Qualis aper sæuus connixis morsibus actus
Sine molossorum, volitantum sine laconum,
Dentibus infrendens hostes cunctatur in omnes,

Haud

Haud aliter Princeps medium se credere tantis,
Audet vt incaluit generosa ardentius ira,
Atque ea confuso penitus dum marte geruntur
Ecce Amadigis adest, volucri & cursu secat agmen
Implicitum bello socium subducere tentans,
Nam Carolum auxilio subeuntem corde recursat,
Marcellus sed enim medium qui includere nixus
Se inclusum sentit, tumidusq. exarsit in iras,
Exclamansq. inqui proh Dij me verius vnum
Pro cunctis bellum luere, & decernere ferro,
Hæc vbi dicta furit districto sedulus ense,
Aduersumq. legens Amadigem in prælia poscit,
Ille autem contra teleres obuertit habenas,
Instantiq. instans aduersa se obtulit ira,
Sæuius hos inter crudescit pugna furentes,
Ille quidem proprijs delusum se arguit orsis,
Inuictumq. fræmit Carolum, inueremq. ferocem,
Contra iste auxilium caro molitur amico;



PIETATIS CAROLI MAGNI

LIBER SEPTIMVS.

ARGVMENTVM.

PVgnatur, Carolus it in auxilium Marfisæ, Attila inuadit Castra, & iacit ignes, Franci vt pois est resistunt.



Vmq. manus manibus, miscentur, & hostibus hostes,
Et circunfuso iactantur prœlia bello,
Conditio melior virtuti callide adepta
Pro Carolo pugnat, Belgæ, & vim sufficit omnem,
At virtus quamuis valeat prosternere robur,
Non tamen efficiet quin sese deserat ipsa,
Ardentes animi tandem cedantq. lacertis,
Hinc Franci nequeunt durare, & tendere contra,
Nam longo inclusos bello dolor anxius angit,
Ecce autem incenso Marcellus corde furescens
Irruit, & socias dictis his torquet habenas
O socij instantem giro concludite adunco,

Tum

Tum scana in morem porrectis vndiq. ferris
Panduntur socij cingentes vndiq. Belgam,
Belga quidē hoc sperans mediū & se includier ardēs
Suscipit & socios, centro & consistit adactus,
Solerti captans sic paruam mente quietem,
Haud aliter socij certant requiescere cauti
Hostibus in medijs quamuis, & grandinet imber.
Telorum, & iunctis increscant hostibus hostes,
Non minor est siquidem virtus captare quietem
Imbellem noscit cum sese quisq. labore;
Sternere quam ingentes aßulus robore turmas,
Marcellus sed enim spem turbidus hausit inanem
Agnoscens laxos, placidaue quiete repostos,
Exclamans fatur, socij concurrite iuncti
In medios, iam speq. tumet, iam frana relaxat,
Qua Austriacus cernens hastam nec dirigit vllam
Nec ferrum stringit, fortis spectat venientem,
Vt primum astantem, validoq. suo impete adactum
Sentijt, è latere girans, detorquet habenas,
Hinc autem obuersum se duces subtrahit hosti,
Flaminius mentem solertis vt accipit hostis
Suscipit & socios, & cauta parte moratus
Vltro erumpentem spectat, tardusq. fatigat
Longinquo incursu iamdudum castra petentem.
Nec minus interea diuersa parte pedestres
Insurgunt animis vibrent, seù tela lacerto,
Seù validum summis immittent viribus ensem,
Namq. Aulus Gotus, telum librauit ab aure
Abductum, Orontem, vt surgentem in pralia Francū
Conspicit, & superos votum in gentile vocauit

Talibus; o veneris proles certissima Iuli,
Primus qui Francos docuisti mandere habenas
Romanis totum mittens sub legibus orbem,
Si qua tuis vnquam nostri duxere triumphis
Maiores palmam, capitoli immobile saxum
Si tecum visere acti, dat missile libro
Quod telum certo sortiri vulnere Francum;
Namque tibi lato rutilantia marmore templa
Surgent, atque nouum accipiet gens Romula numen,
Dixit, & abducto vibrat hastile lacerto,
Protinus hasta volans sortitur verbere scutum
Auli, cui terebrans contexti tergora ferri
Vlterius pergit, loricæ atque hæsit adacta,
Ille accersitus ictu consurgit in ictum
Altè sublatum, librata & quæritat hasta
Authorem teli, ille aliam vi corripit instans,
Aduersoq. minans sistit, tunc ictibus æquis
Tela immissa ruunt, telis quare accidit vltro
Aduersis vano iactari verbere in auras,
Proprius hinc sæuit animis ardentibus ira;
Interea Carolum proprius vrgebat egestas
Obiectum intentans miserandum, namque ruentes
Ire viros spectat Amadigis, & eminus actos,
Ingentem & claudens maiori corde dolorem
Omnia versauit, commendat limina castri
Rugerio, & portis tandem sese extulit ingens,
Possit quo diffusos subtrahere hostibus, altus
Ne labor immergat, ne sternat anhelitus illos,
At prefert summis se exemptum viribus veltro,
Egressum castris, ferroq. extrema sequutum

Se

Se tali virtute rigens, qua nec dare campo
Aequo se sit opus, nil atque arma obuia ferre,
Ergo vbi se exemit media consistit arena,
Et tentat ratione aditus, & qua via clausos
Excludat Italis Francos, quo congerat omnes,
Ergo tendit iter turmis, vt proprius astat
Agnouit Amadigem iam languere in labore
Sanguineum, & medio versantem turbine læthi,
Ille autem vt nouit subeuntes auxilio illos
Exacuit animos, & sese suscitat orsu,
Exclamant Franci, redit in præcordia virtus,
Auxilio calidi Franci coguntur in vnum,
At Carolus socios huc illuc congerit omnes,
Collectasq. fugat turbas, egmenq. reducit,
Interea tumida miscentur castra furore,
Tempestas telorum it toto turbida coelo,
Attila nam sæuus portis sese arduus infert
Atque in bella viros, aciemq. in prœlia cogit,
Rugerius clypeus castrorum limina seruat,
Et iuxta Bradamas, Orianaq. bella morantur,
Interius Amon nunc has, nunc aspicit illas
Castrorum partes, & propugnacula iungit,
Ariodans ducens florentes ære cateruas
Romanos, Gothosq. petit nil eminus instans,
Hæc, quamuis victor procurrere longius audet,
At Marfisa ferox (Carolus quam miserat vltro
Vrgentem vrgentes congressibus Ariodantem)
Vltro elongatur, mediosq. erumpit ad hostes
Egrediens monitus Caroli, præceptaq. iussa,
Hanc simul, ac Carolus inclusam conspicit hoste,

Et

Extulit ardentem, atque immisit lampada, fumat
Acra per piceum pestis, acquirit eundo
Ardentes vires, caligat nubibus aer,
Voluitur in turrem, fixis atque ignibus hæret;
Hinc tabulas lambens molem depascitur omnem,
Plurima tum vento increscit, tum vertere morsus
In sabiem implicitam penuria adegit edendi,
Turbantur Franci, ante omnes Amonius vnus
Auxilium tentat proiecto flumine, frustra at
Velle fugam, morsu sic instat perfidus ignis;
Diuersos francos hinc circum pestis agebat,
Quæ minitãs rabie flammas sub murmure inhorret,
Quid facient tanto, quo se sub turbine tollent,
Quandoquidem auxilio subeuntes flamma premebat,
Non secus ac instans hostis, cursuq. fatigans,
Rugerius, Bradamasq. licet sint vulnere tardi,
Segnius haud instant versos opponere fontes
Ignibus, atque aliqua virtute resistere damnis,
Sæpius & sabiem sudans Oriana volutat,
Instant ardentes Itali flammas, & ouantes
Spectant, præcipitem minitanti pondere molem,
Voluitur in vallum turris præfracta dehiscens,
Subtremuit tellus, resonarunt vndique montes,
Semineces voluuntur ij, queis impetus ipse
Subtraxitq. solum, tabulisq. hærentibus egit,
Euersos latè, vallum sparguntq. ruina,
Vestibulum ante ipsum, scissoq. in limite Gothus
Exultat olypeo, & districto feruidus ense,
Tam magis ipse fremens, & tristibus offerus iris,
Quam magis effusa, consurgit cede ruina,
Hos

Hos inter lapsos Colagus pectore forti
Restitit in lucem, rectusq. extauit aceruo,
Hic circum prensat manibus extantia frusta,
Instantem sperans sic posse euadere Gothum,
Quem Gothus saltu incurrenti, atque ense secutus
Increpat irridens dictis, & vulnera librans
Sic nostras sic poße manus euadere france
Sperasti, dixit aquilaeq. harpagine nixus
Infesto carpit pugno iam summa tenentem
Mœnia, prensantem summi, & fastigia castri,
Haerentemq. ipsum turris cum parte reuellit,
Voluitur hinc francus, & mole vrgetur iniqua
Nigrantem eructans animam, crassumq. cruorem,
Ardentes oculorum orbes tum torquet ad hostes,
Gothus, & aspexit petere per vulnera mortem
Clotareum francum, quare altum surgit in ensem,
Thoraca huic medium ferro sortitur, ad haerens
Transigit & costas, a tergo atque eximit ensem,
Innumera haud aliter edebat funera victor,
Quam ferro validas sortitus messor aristas,
Stat iuxta Tarpeia fremens vestigia patris
Segnius haud sectans, & sternens vulnere francos,
Nec minus interea sub tanto turbine lethi
Tela nannu miseri iactabant vndiq. Franci,
Bellatrix Bradamas ingenti fragmine montis
Burronem sternit fragranti lampade pinum
Quaxantem, auxilio subeuntem, ac tela ferentem
Non longe Harmenum, quo non prestantior alter
Arma informare, telumq. armare veneno,
At medias inter caedes hinc inde ruentum,

F *Exultat*

Arguit inde hostem furioso se eximere orsu,
Nam infractis credit torpentes viribus vltro
Francos, atque hoc externum suasisse duellum,
Tum propter socios ereptos agmen inerme,
Hinc non his cedit, sed contra audentius instat,
Vltro animos tollens magnos maioribus orsis,
Eximit hinc hosti aduerso de more minores
Quam ratur ille viros, simulantes castra fouere,
Indicitq. ipsis nè pugna cominus instent,
Cautius, & studeant læuo se credere Marti,
Siue vrgent, seu bella trahunt, nil longius errent,
Ni signo moniti signum dedit, vt tuba dicet,
Expedit Austriacum post hæc de more furentem,
Cui postquam dabitur aduersos tendere contra
Inserpat medios quamuis moriturus in hostes,
Exin sit curæ generosa morte elucre,
Accipit ille suum generoso pectore munus
Haud mora præmissi summis adiungere rebus,
Vult Amadigem præceptis, atque instruit iscens
Obserua girum, quæ educet sedulus hostis,
Quo ingressum immergat, valeatq. includere giro,
Quasecunq. feret hostis vestigia lustra
Instantis, tum terga preme, cursuq. fatiga,
Ilicet ille volat accepto munere lætus,
Ipse autem Carolus castri sub limine sistit,
Rugeriumq. suum languentem vulnere multo,
Amonemq: senem castri, facit esse magistros,
Attila tunc frendens primum qui se eximit orsu
Vltro animis instans miratur inertia corda,
Ante omnes Carolum paucos qui opponere tantis

Audeat,

Audeat, & certa castra prætendere morti.
At senior vitiges Gothis stipatus in ipsis
Præcipit hostilem mentem, sub imagine falsa
Præcipisse Ducem censet, nec cedere campo,
Nec struere auderent acies, verum aggere turmas
Seruare, & castri sub limite ponere vitam,
Hæc inter velut, ante valans sese Attila præfert,
Aduersaq. ingens Francis apparuit hasta,
Vt proprius dictis bis ora frementia soluit,
Quis pudor o Franci, vos obsidione teneri,
Queis curæ est Romam longa obsidione tenere
Seruare vosmet morti, & prætendere castra,
Non æquo dare vos campo, nec tendere contra.
Vos iuuat, o iuuenes date tela, & scandite muros,
Venit summa dies Francis, Romæq. periclis,
Arrident plausu Gothi, sociosq. lacessunt,
Francorũ ante oculos, ducis, atque auditu frementis,
Ille vbi dicta dedit vicinum torquet in hostem
Telum principium pugnæ, ferit astra voatus,
Intonuere tubæ, medios erumpit ad hostes
Diuersa e parte turmis stipantibus heros
Austriacus hastam protendens more reductam,
Incumbunt hastæ sociæ longæ ordine nauis,
Vno sublimes quæ ramos eximit haustu,
Miscentur congressu hostes, dant arma ruinam,
Contra hunc Flaminius florentes ære cateruas
Agmine agit, belgæ, & se offert nodumq., moramq.,
Non tamen effecit quin Princeps ingrediatur,
Cui virtus sæuit bene conscia pectore firmo,
Nam ceu surgenti connixum flumine torrens

Sortiras vaſtat ſegetes, iactatq. ruina
Diuerſas, & agens præceps rapit omnia ſecum,
Auſtriacus princeps ſic vrgenti agmine nixus
Hoſtilem in turbam, ſpargit hinc inde ruina,
Diuerſamq. rapit, dorſo inſiſtente per æquor,
At qui ſecreta ſtabant ſub parte repoſti,
Auxilium egreſſis queis cura eſt fundere primum,
Quos Amadigis agit, vrgentes terga prementum
Erumpunt ſubiti, aſt Amadigis feruidus orſu
Solerti cura partes cunctatur in omnes,
Qua auxilio ſubeat ſocijs, Belgæq. furenti,
Ingredienſq. hoſtes vibrato purpurat enſe,
Hinc paucis turmis tantum confunditur agmen,
Hoc ſi quidem Carilo moniti virtute ſecundant,
Tandem ductores præcepta cede ſuorum
Conueniunt pariter Marcellus, Flamminiuſq.
Iactataſq. vident turmas, hoſtemq. receptum,
Flaminius clamat incluſum cingite turma,
O ſocij nos præda manet en perfidus hoſtis,
Talibus auditis iactati animantur in orſa,
Haud ſecus ac iuſſi faciunt, hinc mille videres
Seſe agere in girum, ductaq. inſtare corona,
Alligit hos ſi quidem prædæ precepta cupido,
Principis Auſtrici & deuita e ſanguine certant,
Ille autem vt cernit inſtantes fulminat enſe,
Et fortes late neruos & brachia tendens
Huc illinc medius ingentes ſuſtinet hoſtes,
Qualis aper ſæuus connixis morſibus actus
Sine moloſſorum, volitantum ſine laconum,
Dentibus infrendens hoſtes cunctatur in omnes,
Haud

Haud aliter Princeps medium se credere tantis,
Audet vt incaluit generosa ardentius ira,
Atque ea confuso penitus dum marte geruntur
Ecce Amadigis adest, volucri & cursu segat agmen
Implicitum bello socium subducere tentans,
Nam Carolum auxilio subeuntem corde recursat,
Marcellus sed enim medium qui includere nixus
Se inclusum sentit, tumidusq. exarsit in iras,
Exclamansq. inqui proh Dij me verius vnum
Pro cunctis bellum luere, & decernere ferro,
Hæc vbi dicta furit districto sedulus ense,
Aduersumq. legens Amadigem in prælia poscit,
Ille autem contra teleres obuertit habenas,
Instantiq. instans aduersa se obtulit ira,
Sæuius hos inter crudescit pugna furentes,
Ille quidem proprijs delusum se arguit orsis,
Inuictumq. fremit Carolum, inueremq. ferocem,
Contra iste auxilium caro molitur amico;



PIETATIS CAROLI MAGNI

LIBER SEPTIMVS.

ARGVMENTVM.

PVgnatur, Carolus it in auxilium Marfisæ, Attila inuadit Castra, & iacit ignes, Franci vt po- is est resistunt.



Vmq. manus manibus, miscentur, & hostibus hostes,
Et circunfuso iactantur prœlia bello, (adepta
Conditio melior virtuti callide
Pro Carolo pugnat, Belga, & vim sufficit omnem,
At virtus quamuis valeat prosternere robur,
Non tamen efficiet quin sese deserat ipsa,
Ardentes animi tandem cadantq. lacertis,
Hinc Franci nequeunt durare, & tendere contra,
Nam longo inclusos bello dolor anxius angit,
Ecce autem incenso Marcellus corde furescens
Irruit, & socias dictis his torquet habenas
O socij instantem giro concludite adunco,

Tum

Tum scæna in morem porrectis vndiq. ferris
Panduntur socij cingentes vndiq. Belgam,
Belga quidẽ hoc sperans mediũ & se includier ardẽs;
Suscipit & socios, centro & consistit adactus,
Solerti captans sic paruam mente quietem,
Haud aliter socij certant requiescere cauti
Hostibus in medijs quamuis, & grandinet imber.
Telorum, & iunctis increscant hostibus hostes,
Non minor est siquidem virtus captare quietem
Imbellem noscit cum sese quisq. labore;
Sternere quam ingentes assulus robore turmas,
Marcellus sed enim spem turbidus hausit inanem
Agnoscens laxos, placidaue quiete repostos,
Exclamans fatur, socij concurrite iuncti
In medios, iam speq. tumet, iam fræna relaxat,
Quæ Austriacus cernens hastam nec dirigit vllam
Nec ferrum stringit, fortis spectat venientem,
Vt primum astantem, validoq. suo impete adactum
Sentijt, è latere girans, detorquet habenas,
Hinc autem obuersum se duces subtrahit hosti;
Flaminius mentem solertis vt accipit hostis
Suscipit & socios, & cauta parte moratus
Vltro erumpentem spectat, tardusq. fatigat
Longinquo incursu iamdudum castra petentem.
Nec minus interea diuersa parte pedestres
Insurgunt animis vibrent, seù tela lacerto,
Seù validum summis immittent viribus ensem;
Namq. Aulus Gotus, telum librauit ab aure
Abductum, Orontem, vt surgentem in prælia Francũ
Conspicit, & superos votum in gentile vocauit

l ali-

Talibus, o veneris proles certiſſima Iuli,
Primus qui Francos docuiſti mandere habenas
Romanis totum mittens ſub legibus orbem,
Si qua tuis vnquam noſtri duxere triumphis
Maiores palmam, capitoli immobile ſaxum
Si tecum viſere acti, dat miſſile libro
Quod telum certo ſortiri vulnere Francum;
Namque tibi lato rutilantia marmore templa
Surgent, atque nouum accipiet gens Romula numen,
Dixit, & abducto vibrat haſtile lacerto,
Protinus haſta volans ſortitur verbere ſcutum
Auli, cui terebrans contexti tergora ferri
Vlterius pergit, loricæ atque hæſit adacta,
Ille accerſitus ictu conſurgit in ictum
Altè ſublatum, librata & quæritat haſta
Authorem teli, ille aliam vi corripit inſtans,
Aduerſoq. minans ſiſtit, tunc ictibus æquis
Tela immiſſa ruunt, telis quare accidit vltro
Aduerſis vano iactari verbere in auras,
Proprius hinc ſæuit animis ardentibus ira;
Interea Carolum proprius vrgebat egeſtas
Obiectum intentans miſerandum, namque ruentes
Ire viros ſpectat Amadigis, & eminus actos,
Ingentem & claudens maiori corde dolorem
Omnia verſauit, commendat limina caſtri
Rugerio, & portis tandem ſeſe extulit ingens,
Poſſit quo diffuſos ſubtrahere hoſtibus, altus
Ne labor immergat, ne ſternat anhelitus illos,
At prefert ſummis ſe exemptum viribus veltro,
Egreſſum caſtris, ferroq. extrema ſequutum.

Se

Se tali virtute rigens, qua nec dare campo
Aequo se sit opus, nil atque arma obuia ferre,
Ergo vbi se exemit media consistit arena,
Et tentat ratione aditus, & qua via clausos
Excludat Italis Francos, quo congerat omnes,
Ergo tendit iter turmis, vt proprius astat
Agnouit Amadigem iam languere in labore
Sanguineum, & medio versantem turbine læthi,
Ille autem vt nouit subeuntes auxilio illos
Exacuit animos, & sese suscitat orsu,
Exclamant Franci, redit in præcordia virtus,
Auxilio calidi Franci coguntur in vnum,
At Carolus socios huc illuc congerit omnes,
Collectasq. fugat turbas, egmenq. reducit,
Interea tumida miscentur castra furore,
Tempestas telorum it toto turbida coelo,
Attila nam sæuus portis sese arduus infert
Atque in bella viros, aciemq. in prœlia cogit,
Rugerius clypeus castrorum limina seruat,
Et iuxta Bradamas, Orianaq. bella morantur,
Interius Amon nunc has, nunc aspicit illas
Castrorum partes, & propugnacula iungit,
Ariodans ducens florentes ære cateruas
Romanos, Gothosq. petit nil eminus instans,
Hæc, quamuis victor procurrere longius audet,
At Marfisa ferox (Carolus quam miserat vltro
Vrgentem vrgentes congressibus Ariodantem)
Vltro elongatur, mediosq. erumpit ad hostes
Egrediens monitus Caroli, præceptaq. iussa,
Hanc simul, ac Carolus inclusam conspicit hoste,

Et

Et ſocias turmas ipſo ſub turbine ferri
Irruit, inſtanti morti quo ſub trahat illam,
Interea Gothus ſocijs ad caſtra reductis
Irridens tales referebat pectore voces,
Equis erit mecum ſocij cui prendere caſtra
Eſt animus, cineres vlciſcier atque ſuorum,
Caſtra hodie cauſam belli, quin robora franca
Eruam, & æqua ſolo late fumantia ſternam,
Ferte ignem ſocij, date tela, & ſcandite caſtra,
Dixerat, atque animis pariter certantibus illi
Ardentes tentant muris prætendere ſcalas,
Pars ignem quaxat iaculandum, & flammea tela;
Ductori Gotho diuerſa in parte furenti
Igneſcunt iræ, nam qua vi tendere in hoſtem
Neſcit multa mouens animo, ceù nactus ouile
Incluſum leo, connexto atque aggere tutum,
Improbus vnde famæ nunc, hic nunc fluctuat illic,
Dentibus infrendes, vaniſq. aſſultibus inſtans.
Iamq. omnis facibus pubes extenditur altis
Horreſcunt ignes, horreſcit nubibus aer,
Et denſi late pretextunt ſydera fumi,
Princeps ardentem iaculatur lampada Gothus;
Haud mora torquentur ſociæ vndiq., & vndiq. todæ,
Inſequitur, clangorq. virum, furiæq. ruentum,
Pars foſſas implere parat, & ſcandere caſtra,
Pars aditus circum ſcalis ſortirier actis,
Aſt alij ducta nixi teſtudine portas
Eruere, atque acto poſtes exoludere vecte,
At Franci telis inſtant, teliſq. dehiſcunt,
Aduerſis iaculis atq. inde frequentibus inſtant,

Pars

Pars fontem euoluit, qua morsu apprenditur ignis,
Vtq. potis durant, qua virtus sufficit orsa,
Expellunt hostem, moles voluuntq., ruuntq.,
Attila tum poscens scalas in mœnia longas
Rescindit vallum, summisq. adiungere rebus
Tentabat socios, ipse in certamina rursus
Succedit clypeo insignis, atque ense coruscus
Protinus insurgunt Bradamas, Orianaq., longe
Rugerius, quamuis languescat vulnere multo,
Castrorum, atque ipso decernunt limine vitam
Ponere ibi, & pulchram petere per vulnera mortem,
Parte alia ingentem contorquens Attila flammam
Turrem conscendit, pestemq. iniecit ouantem,
Nunc age calliope quas strages, quaue furescens
Funera rex Gothus, quantos proflauerit ense,
Et mecum ingentes casus euolue laborum,
Castrum erat aduerso suspectu, & pontibus æquum
Intextis, geminum cui propugnaculum adhærens
Vrget vtrumq. latus, dextra, & statione sinistra,
Hac Gothus Princeps superat, obnixius ardens
Expugnare Itali, valido, & proscindere nixu,
Alterna hinc certant, summaq. euertere opum vi
Hostes aduersi certantes limine in ipso,
Anceps pugna diu, Franci detrudere cunctis
Nituntur Gothos, saxorum pondere misso,
Et quoquo teli dura porgebat egestas,
Ast Itali flamma, & scalis surgentibus vltro
Insistunt Francis, & propugnacula vastant,
Attila sæuit atrox, immani concitus ira;
Postquam nulla datur turrem superare potestas,

Extulit

Extulit ardentem, atque immisit lampada, fumat
Acra per piceum pestis, acquirit eundo
Ardentes vires, caligat nubibus aer,
Voluitur in turrem, fixis atque ignibus hæret;
Hinc tabulas lambens molem depascitur omnem,
Plurima tum vento increscit, tum vertere morsus
In sabiem implicitam penuria adegit edendi,
Turbantur Franci, ante omnes Amonius vnus
Auxilium tentat proiecto flumine, frustra at
Velle fugam, morsu sic instat perfidus ignis;
Diuersos francos hinc circum pestis agebat,
Quæ minitãs rabie flammas sub murmure inhorret,
Quid facient tanto, quo se sub turbine tollent,
Quandoquidem auxilio subeuntes flamma premebat,
Non secus ac instans hostis, cursuq. fatigans,
Rugerius, Bradamasq. licet sint vulnere tardi,
Segnius haud instant versos opponere fontes
Ignibus, atque aliqua virtute resistere damnis,
Sæpius & sabiem sudans Oriana volutat,
Instant ardentes Itali flammas, & ouantes
Spectant, præcipitem minitanti pondere molem,
Voluitur in vallum turris præfracta dehiscens,
Subtremuit tellus, resonarunt vndique montes,
Semineces voluuntur ij, queis impetus ipse
Subtraxitq. solum, tabulisq. hærentibus egit,
Euersos latè, vallum sparguntq. ruina,
Vestibulum ante ipsum, scissoq. in limite Gothus
Exultat olypeo, & districto feruidus ense,
Tam magis ipse fremens, & tristibus offerus iris,
Quam magis effusa, consurgit cede ruina,

Hos

Hos inter lapſos Colagus pectore forti
Reſtitit in lucem, rectuſq. extauit aceruo,
Hic circum prenſat manibus extantia fruſta,
Inſtantem ſperans ſic poſſe euadere Gothum,
Quem Gothus ſaltu incurrenti, atque enſe ſecutus
Increpat irridens dictis, & vulnera librans
Sic noſtras ſic poſſe manus euadere france
Speraſti, dixit aquilaq. harpagine nixus
Infeſto carpit pugno iam ſumma tenentem
Mœnia, prenſantem ſummi, & faſtigia caſtri,
Hærentemq. ipſum turris cum parte reuellit,
Voluitur hinc francus, & mole vrgetur iniqua
Nigrantem eructans animam, craſſumq. cruorem,
Ardentes oculorum orbes tum torquet ad hoſtes,
Gothus, & aſpexit petere per vulnera mortem
Clotareum francum, quare altum ſurgit in enſem,
Thoraca huic medium ferro ſortitur, ad hærens
Tranſigit & coſtas, a tergo atque eximit enſem,
Innumera haud aliter edebat funera victor,
Quam ferro validas ſortitus meſſor ariſtas,
Stat iuxta Tarpeia fremens veſtigia patris
Segnius haud ſectans, & ſternens vulnere francos,
Nec minus interea ſub tanto turbine læthi
Tela nannu miſeri iactabant vndiq. Franci;
Bellatrix Bradamas ingenti fragmine montis
Burronem ſternit fragranti lampade pinum
Quaxantem, auxilio ſubeuntem, ac tela ferentem
Non longe Harmenum, quo non preſtantior alter
Arma informare, telumq. armare veneno,
At medias inter cædes hinc inde ruentum,

Exultat Gothus, & luce coruſcat ahæna;
Exuuijs qualis cum ſe fulgentibus anguis
Explicat ad ſolem, ſuffectus lumina flamma,
Huc illuc Franci diffundit ſanguinis vndam
Arſenium telo, Polimetem fragmine ſaxi,
Riſtolphum gladio latæ proſternit arenæ,
Interea dextra, & læua ſtant turribus altis
Protecti clypeis, teliſq. minantibus vltro
Amon, & Aſtolphus, ſocios clamore vocantes,
Criſtatas galeas, atque inter nubila coudunt,
Quales æriæ quercus, ſeu celſa cupreſſum
Culmina, cum intonſo ſublimia vertice nutant,
Iam aſcenſu ſuperant, Gothi videre ruina
Caſtra patere illa, pontem erectumq. ruinis
Euerſis longe montanos ſternere greſſus,
Hic Oriana furens diſtricto ſeddula ferro
Aſcenſu Gothos ſuperantes voluit arenæ,
Inter quos ſocios acuens it Metabus vnus,
Et bellatrici Martem de more laceſſit,
Hoſtes miſcentur, agitur res limina in ipſo,
Et magis inſtanti crudeſcunt prælia pugna,
At poſtquam Francis horreſcit pectore virtus,
Et traxiſſe moras iam dudum & ſpicula tædet
Erumpunt late, & procurrere cominus audent,
Inde datis portis fremitantes exoriuntur,
Atque volunt bellum ſtricto decernere ferro,
Tum ſæuo Gotho diuerſa in parte furenti,
Iactantique hoſtes, præfertur nuntius hoſtem
Exemptum bello, ferroq. extrema ſequutum,
Vlteriuſq. æquo audentem ſe credere campo,

Deſerit

Deserit inceptam cædem feruentius ardens,
Et francam ruit ad portam, horrendũ intonat armis,
Et primo Ardello, quem præsens pectore virtus
Eduxit morti, siquidem se primus agebat
Intorto figens iaculo discriminat ora,
Ocyus Ardelium vibrato vulnere nactus
Præcipitem voluit, ructantemq. ore cruorem,
Hinc positis telis sublatum surgit in ensem
Et proprius Stephanum librantem vulnera abaure,
Sortitur, ducto & costas discriminat ense,
Tum salium, Prœliq. caput ducto abscidit ictu,
Voluitur ille tremens, membrorum & mole ruinam
Dat sonitu ingenti, clypeus super intonat ingens,
Non secus ac vulsa cum saxum mole dehiscit,
Gothus hiat gaudens spectatæ cedis aceruis,
Hinc animos tollens fatur nunc prendite tempus
O socij venit illa dies, franca obsidione,
Qua Romam exolui licet, extemplo irruite orsis,
Nulla fugæ ratio, rerum pars omnis adempta est,
Insurgant socij, subeat nunc ira cadentem
Vlcisci Romam, iustas & sumere pænas,
Ocyus accurrunt socij, turmisq reductis
Instant, Corradus cui præsens pectore cura
Præcipit hostilem mentem, numerumq. coactum,
Et quid pugna minatur, quantus terroragat res,
Membrorum moli fretus, & viribus illis
Queis partem ingentem mentis torquere suetus
Prensauit geminas supremo robore postes,
Nixus in aduersos coeuntia bracchia ducit,
Excutit offensos, & postes obijcit actos,

Obijce tum munit, valida, multosq. suorum
Claustris exclusos linquit, mediosq. per hostes
Errantes alios, secum, recipitq. ruentes
Diuersos & agit, demens primo agmine Gothum
Qui vltro rumpentem haud vidit, quare excipit illũ
Immanem veluti pecus inter stipite clausum
Seu tigrem, seu surgentem ceruice leonem,
Sæua hinc lux Francis aduersa effulsit ahæna
Sanguineus lugubre rubet ensis, guttisq. cruentis,
Horrendum arma tonant, minitantur vertice crista
Anguicomæ, clypeus fulgentia fulgura mittit;
Tum Franci stupuere metu, & formidine fixi,
Non secus ac sæuæ spectantes gorgonis ora,
Agnoscunt faciem inuisam, francoq. cruore
Ensem fumantem, Corradus nescius ipse
Aspicit, & tumidas totus consurgit in iras;
Atque animos tollens dictis his increpat illum
Inclusum, non hæc ingentia mœnia Romæ,
Non socijs cludunt turmis Gotha agmina Gothum,
Castris captiuus medijs spem pone superbam,
Pone animos, cede arma, ensemq; concede cruentum,
Olli sub ridens Gothus cape fatur, in ensemq.
Alte sublatum surgit, contra illa dehiscens
Tendebat dextram, captiuum vt prenderet alto
Protectus clypeo, illi Gothus vulnera torquet
Flammeus, & clypei tot ferri terga tot æris,
Et galeæ valido discretum tergore durum
Perforat, vlterius gemina intra tempera ferrum
Ducit, & ingentes nitenti vulnere malas
Exigit omne, specus redit atri sanguinis vndam,
Corruit

Corruit in vulnus membrorum maxima moles,
Ingenti ſenitu ſuper arma dedere ruinam;
Obſtupuere animis Franci, gelidusq. cucurrit,
Dura per orſa timor, virtutem ad pectora preſſans,
Hinc Gothum inſtantem nequicquam auertere poſſe
Cernunt, nec ſæuum geminanti verbere ferrum

PIETATIS
CAROLI MAGNI
LIBER OCTAVVS.



ARGVMENTVM.

ATtila poſt multam cedem cedit, Carolus redit & inuatit cædentes hoſtes & iam Romam cepiſſet niſi Magus tempeſtate illum fugaſſet, inrerea venit Guido qui Liſuratis res geſtas pandit.



IS porgens ſtragẽ francorũ cedis aceruos
Huc illuc ſternit, & ſæua purpurat ira,
Nam Arſenium, & Blenum, & depi-
ctis Bariolum armis
Sternit, & Arlẽnũ ſocios clamore cientẽ,
Iuxta Belpratum pallentem morte futura,

Hic vbi cognouit, se nulla cuadere pugna
Monstrum posse illud, fidens fert pectus in hostem,
Huic Gothus ducto sortitur vulnere tergus,
Et totum aduerso ferrum sub pectore condit,
Venerat è pulchecris belgarum sœdulus oris
Pubescens Arsus vere, quo pulchior alter,
Nec roseo niueas distinxit murice malas,
Nec risit oculis vnquam iucundius actis,
Virgineum in iuuene, iuuenile in virgine præfert
Os pulchrum, hic pictis ardentem se eximit armis,
Et Gothum instantem vt cernit expalluit, atq.
Pulchrior effuso visus rutilare pauore,
At quoniam ignaro blanditur gloria cordi
Vltro audet, tantoq. audet se opponere monstro
Inuadens Martem clypeo, pugnamq. lacescens,
Sentijt hunc Gotus irridens dirigit ensem
In miserum, propriusq. instans vi corripit ipsum
In nodum, & clypeo protectum pondere quaxat,
Et post in reliquos fertur non segnius hostes,
Qualis vbi aut leporem, discisso aut pectore coruum
Vngue gerit dextra Iouis armiger, & ruit vltro
In reliquos harpam cupiens onerare sinistram,
Tollitur in cælum clamor, viresq. superbas
Mirantur Franci, atque immania robora Gothi,
Tandem ductores iuuenum, rerumq. magistri,
Quos labor assiduas bello traduxit inerti
Rugerius, Bradamasq. ruunt clangore vocati
In cedem, sæuumq. vident rorare cruore
Hostili, & iuuenum prensatum tollere secum,
Hinc Bradamas ardens cedentes increpat actos
Innume-

Innumerum cogens, & pellens agmine, dictis
His pudor ò Franci (& nonnullas excitat iras)
Per Caroli nomen, qui sit spectate premente m
Vnus homo, & vestris captiuus mœnibus ite,
Ite in captiuum, redit in precordia virtus
Francis, vnde audent horrendum tendere contra
Agmine firmati denso, ducibusq. reducti,
Agnouit Gothus venientes, seq. labore
Collapsum, pectus crebro sub anhelitu & angi,
Quare paulatim pugna se exoluere iniqua,
Scalam & retrogrado appetere iam tramite tentat
Acrius hinc Franci clamore incumbere, spemq.
Concipere, & tanto procurrere cominus aud ent,
Dentibus infrendens ille, vultuq frementi,
Instabat cedens, os spuma incanet anhela,
Subq. superciliјs oculi lægubre rubescunt,
Haud aliter sæuum, quàm turba infensa leonem
Cum obruit incumbens telis, turmaq. fatigat
Librante iaculos, tendente & cominus arcus.
Ille fremens hostes, & tela frequentia cædit
Inuitus dubius, flexa & vestigia pergit,
Namq. ira & virtus patiuntur nec dare terga,
Tendere nec contra sinit æger anhælibus illum
Languida collapsis tollentem membra lacertis,
Ille indignanti similis similisq. minanti
Quin etiam bis tum medios se exemit ad hostes,
Bis cedere fuga Franci, bis versa dedere
Terga, nec instantis valuerunt ferre furorem,
Tandem nec clypeo Gothus subsistere tantum,
Nec dextra durant, iam podere fessa sinistra,

Obruitur iaculis crebris ille improbus ira
Per ſcalam cædens ſingultibus illa mordet,
Tum demum præceps ſaltu ſeſe ocyus egit
In medios ſocios, ſaltu & velocius ipſo
Sonnipedem aſcendit, ſeq. in ſua mænia voluit,
Procurrunt Franci proturbanc cominus hoſtem,
Venerat Auſtriacus, Amadigis & agmine facto
Interea, & Carolus, Marfiſaq. more reducta,
Vltoreſq. aſdunt, atque hoſtem marte fatigant,
Excitus ergo furor odijs iam pectora franca
Exacuit, quamuis laxos, madidoſq. labore,
Sanguinei incurrunt Franci, pugna aſpera ſurgit,
Tali &, Romanos & Gothos turbine miſcent,
Vt Franci viſi in Romam ſe ferre furentes,
Exoritur, clamor vegetans languentia membra,
Ante omnes Carolus ſperat iam prendere Romam
Exultatq. animis, & ſpe iam præcipit hoſtem,
Teſſalus orſa magus turri ſpectabat ab alta
Victores hoſtes fœlici incedere greſſu,
Hinc grauiter frendens magicis late aera rebus
In nubes cogit, ventos & conuocat actos,
Horreſcit cœlum monſtris, laruiſq. malignis
Tartareæ inſugum furiæ circum aere toto,
Murmurat & vaſtis fracta clangoribus vmbra
Induit atq. dies radios lugubre rubentes
Clauditur hinc phœbus tenebris, pluuijſq. dehiſcunt
Nubila, caligans crebris micat ignibus aer,
Turbantur turbæ iactantur & hoſtibus hoſtes,
Etcœci cœcis errant erroribus omnes
Circum Aletto rotat ingenti turbine tædam,
Omnia

Omnia permiſcens turbis, acuenſq. furores,
Hinc prudens Carolus ſocios, atque orſa retractat,
Atque viam indicit ſuetam ſtationibus actis,
Ergo vbi ſe ad campum retulit de more vocatos
Affatur ſocios, ſocij quas dicere grates,
Quaſue referre parem, caput obiectare periclis
Vos iuuit, belli & tantum tolerare laborem,
Præmium opus ipſum, merita ſint munera virtus,
Et donum, eque inope Carolo hæc quæcumq. referre
Vos iuuet, omnipotens genitor vos munere donec
Afficiet digno, turmis obuerſus & inde
Effatur, dextraſq. tenens, & pectora tangens
Multorum, quæ digna viri pro talibus auſis
Præmia digna rear ſolui, quæ maxima reddet
Nunc pauper Carolus, dat vobis maxima virtus,
Pignus cæleſtis doni, ſi patria tecta
Si quando intraro, conſpecta atque agmina reddam,
Ex vobis nullus mihi non donatus abibit,
Id ſuper at memori ſeruatum pectore pono,
Quo noui inuitos animos in bella tuliſſe
Vos veſtros, curæ excipere meaq. omnia veſtra,
Talibus his dictis permulcet pectora mœſta,
Illi at paulatim incipiunt ſpe corda fouere,
Et belli ingentem iam non horrere laborem,
Vnde ducem charum læ tanti pectore ſeruant,
Interea Magus ille oculis iam limat acutis
Francorum pacem, curiſq. exæſtuat imis,
Nam venti poſuere, fero iamq. improba cælo
Tempeſtas ceſſit, ſextamq. emouerat vmbram
Alba polo roſeumq. diem quaxabat eoo,

At non

At non compositis requiescunt corda procellis
Tartareæ gentis magicis dudum Magus orsis
Quam exacuit, stimulos acres sub gutture versans,
Diuersam ducens cœlo, pluuiæq. ministram
Immo Astragorres furÿs accensus, & ira
In Francos vigili molitur pectore fraudes,
Vnde facem gestans nigrantem protinus iuit
Inuisam Alecto patitur qua pulsa quietem,
Post pluuiam motã, atque horrentem nubibus imbrẽ,
Atque ait heù tandem cedundum conspice iam iam
Aduenit quidam, Francus ex ordine pandens
Scoti res gestas Aglantem viuere saluum,
Venturum & prefert, instandum fraudibus ergo
Quicquid & ille boni, porgit tu fraude venena,
Atque bonum mentire malo, fere crimina belli
Hæc ait, ast illæ tumuerunt gorgone crines
Arsit fele dolor, proprias & inhorruit iras,
Interea aduenit Guido qui Regis in aula
Scoti traduxit vitam de more labori,
Conuenere virum turbis poscentibus vltro
Franci, atq. excipiunt venientem pectore læto
Ille autem breuibus responsis vsus, eamus,
Ad Calorum fatur, namq. illic ordine paudam
Omnia, quare illum fulta duxere corona,
Postquam introgressus solio non arguit alto
Regem illũ Carolum, demonstrat quẽ aurea pompa,
Imperium ast vultus, & quantum est instar in illo
Nouit, & ingentem veneratur frontis honorem,
Arrisit Carolus venienti, atque annuit; Ille
Suspirans fatur intentis omnibus vnus,

Inuicte

Inuicte o Princeps, cuius tot grandia gesta
Pronus ab extremo veneratur terminus axe,
Ah vellem lætus bibi mitti, & læta referre,
At demum superanda omnis fortuna ferendo est,
Lisurates Scoti regis ab vnica proles,
Et decus & tremulæ qui sola columna senectæ,
Arsit inesse illis, tua qui præcepta sequuti
Christi ergo sanctos quaxarunt artubus anses,
Nec timor, & nec amor patriæ, & non vlla pericla
Non pietas erga patrem, non coniugis ipsæ!
Inturgeus gremium spondens sub tempore prolem
Ardentem illum animum valuerũt subtrahere orsis,
Parte alia virtus crebris calcaribus egit
Inuictum illum animum, belli quo edisceret illa,
Queis tu mille ducum magnum fers nomen adastra,
Et graue Martis opus sub te tolerare magistro
Sciret, vicarij Christi at reuerentia mentem
Exacuit, iustoq. inflammauit corda furore,
Obscuræ impatiens famæ is se indigne ferebat,
Orlandi & dextram, mundoq. cluentia gesta
Audijt, illius primoq. vt vere iuuentæ
Francum florescens mirentur sæcula nomen,
Præcipitat quare ipse moras, & millia multa
Deligit, & pellit queis præsens pectore virtus,
Iam ventum ad calabros, ad quos cum forte moratur
Nuncius aduenit res gestas ordine pandens,;
Virtutemq. ducum, tantarum & grandia rerum,
Nunc præcepta canens tua, & nunc corda virorum,
Addidit & tandem te iam nunc prendere Romam,
Inuitatq. illum, quo saltem tempore summo,
Conui-

Conuiua aut laudis supremæ, aut nomine adesset,
Hæc dicta hæc lateri iuuenili calcar inherens,
Et stimuli tales sunt, præcipitemq. adeo vrgent,
Vt frænare suum nequeat cor, mentis & orsa,
Ergo agitur furijs, totoq. ardentis in ore
Scintillæ insurgunt, & sæuit pectore virtus,
Viltatemq. suam alterius in laude cluentis
Obijcier sensit, premit altum corde furorem,
Irridet quemcumq. suum differre periclum
Temporibus persuadet, siue hiemare per vrbes,
Illud corde dolens tantum, ne tempora tarda
Excludant animum supremæ laudis egentem,
Ardorem hinc comitem casus complexus in omnes
Ipse suam accelerat furiam, quæ turbine tanto
Et furibunda suos prensat, prensosq. volutat,
Agmen sæuus agit, saltus sortimur iniquos,
Defecere cibi calcamus in hospita saxa,
Et patimur quicquid potis est tolerarier vnquam,
Nunc improuisis iactati assultibus, & nunc
Astu, atque imbre acti, tandem superauimus ista,
Expertos animos reddunt, durosq. pericla,
Hic præcursores monuerunt millia multa
Aduentasse virum turmis peditumq., equitumq.
Quos inter Fabius, nos magno nomine terret
Turbantur cuncti, horrorem alto & corde reponunt,
At non audaci cessit fiducia cordi,
Non vocem, non ille animum non ille furorem
Mutat, quin ardet cunctis frigentibus vnus,
Millia fœdantur & dum palloribus ora,
Extulit ille animos, & vocem talia dicens,

O quæ

O quæ iam proprius spondetur pulchra corona
Certius, & virtute animi, meritoq. cluente
Martirij, aut victoriæ? nam ipsa hæroica virtus
Nos rapit in meritum, donat pulchrisq. periclis,
Vos quibus vna salus placuit sancta orsa secuti
Indomita ceruice mori, quin viuere morte,
Hoc æquor quo nos excepti, hæc hospita saxa
Nos templum, nos vrna manent, tumuli ipsaq. gesta,
Talia quo læthi venerentur facta nepotes,
Hæc vbi dicta aciem latis stationibus aptat,
Circum & partitur solerti corde labores,
Armatum dormire iubet quemquam, ipse corusca
Arma nec exoluit nedum calcaria ponit;
Tempus erat quo prima quies dans dulce sopores,
Et lambens artus somno gratissima serpit,
Cum fremitumq. virũ, aduentumq. ardescere equorũ
Audimus, cælum subitoq. tonare fragore,
Arma arma exclamant illi, queis cura monendi,
Arma arma ingeminant, Lisurates millibus vnum
Se præfert velut ante volans, virtutibus ardens,
Ardentes oculorum orbes, frontemq. superbam
Eximit, & clypeo fulgentia fulgura mittit,
Irrumpitq. hostes, en circum cingimur acti
Innumeris turmis, telorum glandinat imber,
In medios, strictisq. seges muoronibus horret,
At circum pugna congressi vrgemur iniqua
Inferior quoniam numerus, confundimur armis,
Et tantis rebus miserum lux alma negatur,
Ipsorum multos ferimus, multosq. necamus,
Nonstrorum sed enim surgebant vndiq. acerui,

Inter

Inter eos ſed enim ſublimi fronte clueſcit
Liſurates, tantum facile eſt nam noſcere frontem,
Talia nam obſcuris effulgent geſta ſub vmbris,
Ille autem inſtantes huc illuc vulnerat hoſtes,
Amne cruor fluitat, ſternuntur corpora paſſim,
Quacunq. is valido contorquet robore ferrum,
Nam quacunq. rotat feralem flammeus enſem
Portentum præfert oculis, & funera dextra,
Tandem ſic tali iactamur turbine cædum,
Donec nox alis fuſcis cæcum tenet orbem,
Aſt vbi nocturnum horrorem dextraxit olimpo,
Horror quam maior, & quod miſerabile monſtrum
Ante oculos oritur, namq. vndiq., & vndiq. tellus
Sparſa cadaueribus multos in turbine vitæ
Verſates, alios vitas ructare prementi
Obijcit, vt nigro ſpumantem ſanguinecampum,
Millia tot fuimus, nec adhuc centena ſuperſunt,
Agmina, num quando miſerandas ille ruinas
Aſpiciet, ſed enim ignoro ſi turbidus illo
Portento ſtupuit, animo miſeranda recurſans,
Non tamen his cedit ſed contra audentius ardens
Vltro animos tollit, atq. audens talia fatur
O ſocij illuſtres animas, quæ ſanguine nobis
Hanc peperere viam, atque æternam funere vitam
Nuper adepti, vltro lætanti corde ſequamur.
Ingrediamur enim veſtigia nota cruore,
Hæc ait & lætus (vicina morte putaui)
Altior inſurgit, virtute & concitus ipſa,
Fidens aduerſum fidens fert pectus in hoſtem,
Fulminat enſe ferox, & belli de tonat imbrem,

Obrui-

Obruitur telis, & coƈto marte cluescit,
Ictibus illius ferrum, non sufficit vllum
Nec varium vario discretum tergore durum,
Rursus terra nono spumat calefacta cruore,
Illius at corpus vulnus concernitur vnum,
Non vis sed virtus vegetabat languida membra
Illius indomiti, fortiq. cadaueris, immo
Percutit incussum propria virtute animatum,
Ecce autem immani consurgens corpore quidam
Vir multis comitatus adest, dumq. vrget inhærens
Per medium connixus bellanti exigit ensem
Voluitur hinc iuuentis letho, lentusq. dehiscit,
Nec quisquam è nostris potis est vlciscier illum,
Heu dolor heu lachrymæ, proh nuntia dura parenti,
Illustres animæ, quin vos extrema meorum
Funera, in occasu vestro nec damna nec vllas
Vitauisse neces testor, non vlla pericla,
Quod si me tali donasset funere virtus,
Hac dextra merui, extinctus male sanus in illis
Et moribundus eram, nec noui cætera quæq.
Euenere inde, extremo nam in turbine lethi
Versabar, stratus lethalis dona quietis
Dum capto tenebris nigrescunt omnia circum,
Hæc inter cerno longinquum erumpere lumen
Nec tantum virtutis adest, quo noscere possem,
Sæuibat mihi at inde dolor, quem frigerat vmbra
Iam proprius lumen ad me cædebat, & vna
Effantum quosdam sonitus audire videbar,
Et iam, iamq. magis properabant voce lacessor;
Lumina tum tollo, cilijs connixus iniquis,

Aspicioq. duos oblonga in veste verendos
Toedales gestare faces, & porgere lumen,
Me conuenere ambo, vnus tunc ore locutus
Confide ò fili (contemnens cuncta pericla)
Illo, quem iuuit cruce pro te effundere vitam,
Talibus his dictis dextram protendit, & vna
Signat more crucem, tacita prece numen adorans,
Surge ait hinc, mirum mirum consurgo stupescens,
Vulneris, atque expers, solidoq. vigore beatus,
Ecce autem videor me reflorere iuuenta,
Atque vigoranti protendere munere membra
Agnoscens stupeo nec verum credo, nec vltro
Ipse agnosco meos artus, insomnia credo,



PIE-

PIETATIS CAROLI MAGNI

LIBER NONVS.



ARGVMENTVM.

GVido dicit hic se sanum, atque ensem datum ab Heremitis,& missum Aglanti, vnde Franci turbantur venit Nuntius falsus , & miscet bella intestiua, Ganus author seditionis occiditur ab Attila.



T senior fatur fidei sic pauper, & expers
Es miser en homines sumus, moribundaq. membra,
Sed nos religio excipiens disiunxit ab omni
Cœtu, nam Christo famulantes spernimus omne,
Me tibi delegit, ducit qui cuncta ministrum,
Meq. tibi voluit quod habes præstare salutis,
Is vult,id corpus, virtutis grandia tanta,
Cui patrare dedit,magnaq. anima vegetari
Neglectum haud linqui, venturi vt gesta nepotes
Mirentur,acuantq. exemplis corda,animosq.,

Accepi as verſans non hic mea brachia poſcit
Dico, tum ſenior venerando hæc addidit ore
Liſuratem iuuenem hoc Fabius proſtrauit, & ipſe
Concidet hoc, tolle nam cum ſe craſtrina cælo
Lux tollet, viſes francorum tegmina, nec te
Ignoti greſſus, inimicum aut cura retardet,
Namq. viam ſternet cuius te gloria ducit,
Hic autem gladius Aglantem poſcit, & illi
Per dono namq. illi ſe caſura reſeruat
Roma, & in antiquum reddet tunc maior honorem
Talia dicta ſeuis admirans aure bibebam,
Cum ſubito ante oculos oritur mirabile monſtrum
Forte cupreſſus orat caput inter nubila condens,
Atque globi in morem ramis denſiſſima ductis,
Ecce autem quatuor aquilæ certantibus alis
Corpore candeſcunt, atque actis ſegnius alis
Procumbunt terræ, & circum tendentibus harpis
Accipiunt roſeum fuſo ſplendente cadauer,
Sublimen & tollunt, reuerenti & more ſupremum,
Tum medio poſuere globo, tum fornice condunt,
Hinc me compellans ſenior his ora reſoluit,
At tu qui planctum impleſti iam munera fida
Pone caput, feſſoſq. oculos furatore labori
Nobiſcum hanc ſi quidem poteris requieſcere noctem
Hæc fatus ſenior me per diſcrimina ſaxi
Per varios caſus, peragrantem ducit anhelum,
Tandem perueni ſummo qua culmine ſurgit
Sanctorum ſpelunca virum, tum ſede quieui,
Vt ventum menſam pomis onerauit inemptis,
Vicinamq. amnis vitro mihi præbuit vndam,

Accipi-

Accipimus noctem hinc omnes, somnosq. petiimus,
Postera nocturnum velum cum colligit alba,
Poplite deflexo surgere in vota, precesq.
Ambo; tum veniam petij præcepta facescens,
Talibus his dictis Guido de more quieuit,
At Carolus casu concussus pectora acerbo
Spem vultu simulans premit altum corde dolorem,
Nil maiestatis ponit, nil flebile prefert,
Communemq. animos cernit serpire dolorem,
Et desiderium Aglantis late angere corda,
Tandem illi obuersus placido sic ore locutus
Miles tu inuisi casus es nuntius, vnde
Concipiet meritum perculso corde dolorem
Auditor Campus, postquã tantum auxilium ingens
Lisurati virtus, inuictaq. dextera bello
Fulgori similis puncto sub temporis ipso
Apparens subbito tenues euasit in auras;
At procul inde dolor, cælestis nam nitor ille
Ad solis solem quo eductus reddit illum,
Nec tantum statuis possunt capitolia laudem
Tollere, quantam ipso sua funera sancta tulerunt,
Sed quod ad Aglantem spectat ne corda fatiga,
Curas pone graues, quamuis is longius absit
Ignotus socij sunt hic queis pectore virtus
Neruorumq. vigor, feruet, non iste grauabit
Ensis, vel maior fuerit quos mente reuoluo,
Talibus intenti cuncti simul ore fremebant
Assensu vario; studia in contraria vulgus
Scinditur incertum, Aglantem nam querere cuncti
Incipiunt, Carolus curarum flectuat æstu,

At non compositis requiescunt corda procellis
Tartareæ gentis magicis dudum Magus orsis
Quam exacuit, stimulos acres sub gutture versans,
Diuersam ducens cœlo, pluuiæq. ministram
Immo Astragorres furijs accensus, & ira
In Francos vigili molitur pectore fraudes,
Vnde facem gestans nigrantem protinus iuit
Inuisam Alecto patitur qua pulsa quietem,
Post pluuiam motã, atque horrentem nubibus imbrē,
Atque ait heù tandem cedundum conspice iam iam
Aduenit quidam, Francus ex ordine pandens
Scoti res gestas Aglantem viuere saluum,
Venturum & prefert, instandum fraudibus ergo
Quicquid & ille boni, porgit tu fraude venena,
Atque bonum mentire malo, sere crimina belli
Hæc ait, ast illæ tumuerunt gorgone crines
Arsit sele dolor, proprias & inhorruit iras,
Interea aduenit Guido qui Regis in aula
Scoti traduxit vitam de more labori,
Conuenere virum turbis poscentibus vltro
Franci, atq. excipiunt venientem pectore læto
Ille autem breuibus responsis vsus, eamus,
Ad Calorum fatur, namq. illic ordine paudam
Omnia, quare illum fulta duxere corona,
Postquam introgressus solio non arguit alto
Regem illũ Carolum, demonstrat quē aurea pompa,
Imperium ast vultus, & quantum est instar in illo
Nouit, & ingentem veneratur frontis honorem,
Arrisit Carolus venienti, atque annuit; Ille
Suspirans fatur intentis omnibus vnus,

Inuicte

Inuicte o Princeps, cuius tot grandia gesta
Pronus ab extremo veneratur terminus axe,
Ah vellem lætus bibi mitti, & læta referre,
At demum superanda omnis fortuna ferendo est,
Lisurates Scoti regis ab vnica proles,
Et decus & tremulæ qui sola columna senectæ,
Arsit inesse illis, tua qui præcepta sequuti
Christi ergo sanctos quaxarunt artubus anses,
Nec timor, & nec amor patriæ, & non vlla pericla
Non pietas erga patrem, non coniugis ipsæ:
Inturgeus gremium spondens sub tempore prolem
Ardentem illum animum valuerũt subtrahere orsis,
Parte alia virtus crebris calcaribus egit
Inuictum illum animum, belli quo edisceret illa,
Queis tu mille ducum magnum fers nomen ad astra,
Et graue Martis opus sub te tolerare magistro
Sciret, vicarij Christi at reuerentia mentem
Exacuit, iustoq. inflammauit corda furore,
Obscuræ impatiens famæ is se indigne ferebat,
Orlandi & dextram, mundoq. cluentia gesta
Audijt, illius primoq. vt vere iuuentæ
Francum florescens mirentur sæcula nomen,
Præcipitat quare ipse moras, & millia multa
Deligit, & pellit queis præsens pectore virtus,
Iam ventum ad calabros, ad quos cum forte moratur
Nuncius aduenit res gestas ordine pandens,
Virtutemq. ducum, tantarum & grandia rerum,
Nunc præcepta canens tua, & nunc corda virorum,
Addidit & tandem te iam nunc prendere Romam,
Inuitatq. illum, quo saltem tempore summo,

Conui-

Conuiua aut laudis supremæ , aut nomine adeßet ,
Hæc dicta hæc lateri iuuenili calcar inherens ,
Et stimuli tales sunt , præcipitemq. adeo vrgent ,
Vt frænare suum nequeat cor , mentis & orsa ,
Ergo agitur furijs , totoq. ardentis in ore
Scintillæ insurgunt , & sæuit pectore virtus ,
Viltatemq. suam alterius in laude cluentis
Obijcier sensit , premit altum corde furorem ,
Irridet quemcumq. suum differre periclum
Temporibus persuadet , siue hiemare per vrbes ,
Illud corde dolens tantum , ne tempora tarda
Excludant animum supremæ laudis egentem ,
Ardorem hinc comitem casus complexus in omnes
Ipse suam accelerat furiam , quæ turbine tanto
Et furibunda suos prensat , prensosq. volutat ,
Agmen sæuus agit , saltus sortimur iniquos ,
Defecere cibi calcamus in hospita saxa ,
Et patimur quicquid potis est tolerarier vnquam ,
Nunc improuisis iactati assultibus , & nunc
Astu , atque imbre acti , tandem superauimus ista ,
Expertos animos reddunt , durosq. pericla ,
Hic præcursores monuerunt millia multa
Aduentasse virum turmis peditumq. , equitumq.
Quos inter Fabius , nos magno nomine terret
Turbantur cuncti , horrorem alto & corde reponunt ,
At non audaci cessit fiducia cordi ,
Non vocem , non ille animum non ille furorem
Mutat , quin ardet cunctis frigentibus vnus ,
Millia fœdantur & dum palloribus ora ,
Extulit ille animos , & vocem talia dicens ,

O quæ

O quæ iam proprius ſpondetur pulchra corona
Certius; & virtute animi, meritoq. cluente
Martirij, aut victoriæ? nam ipſa hæroica virtus
Nos rapit in meritum, donat pulchriſq. periclis,
Vos quibus vna ſalus placuit ſancta orſa ſecuti
Indomita ceruice mori, quin viuere morte,
Hoc æquor quo nos excepti, hæc hoſpita ſaxa
Nos templum, nos vrna manent, tumuli ipſaq. geſta,
Talia quo læthi venerentur facta nepotes,
Hæc vbi dicta aciem latis ſtationibus aptat,
Circum & partitur ſolerti corde labores,
Armatum dormire inbet quemquam, ipſe coruſca
Arma nec exoluit nedum calcaria ponit;
Tempus erat quo prima quies dans dulce ſopores,
Ft lambens artus ſomno gratiſſima ſerpit,
Cum fremitumq. virũ, aduentumq. ardeſcere equorũ
Audimus, cælum ſubitoq. tonare fragore,
Arma arma exclamant illi, queis cura monendi,
Arma arma ingeminant, Liſurates millibus vnum
Se præfert velut ante volans, virtutibus ardens,
Ardentes oculorum orbes, frontemq. ſuperbam
Eximit, & clypeo fulgentia fulgura mittit,
Irrumpitq. hoſtes, en circum cingimur acti
Innumeris turmis, telorum glandinat imber,
In medios, ſtrictiſq. ſeges muoronibus horret,
At circum pugna congreſſi vrgemur iniqua
Inferior quoniam numerus, confundimur armis,
Et tantis rebus miſerum lux alma negatur,
Ipſorum multos ferimus, multoſq. necamus,
Nonſtrornm ſed enim ſurgebant vndiq. acerui,

Inter

Inter eos sed enim sublimi fronte cluescit
Lisurates, tantum facile est nam noscere frontem,
Talia nam obscuris effulgent gesta sub vmbris,
Ille autem instantes huc illuc vulnerat hostes,
Amne cruor fluitat, sternuntur corpora passim,
Quacunq. is valido contorquet robore ferrum,
Nam quacunq. rotat feralem flammeus ensem
Portentum præfert oculis, & funera dextra,
Tandem sic tali iactamur turbine cædum,
Donec nox alis fuscis cæcum tenet orbem,
Ast vbi nocturnum horrorem dextraxit olimpo,
Horror quam maior, & quod miserabile monstrum
Ante oculos oritur, namq. vndiq., & vndiq. tellus
Sparsa cadaueribus multos in turbine vitæ
Versates, alios vitas ructare prementi
Obijcit, vt nigro spumantem sanguinecampum,
Millia tot fuimus, nec adhuc centena supersunt,
Agmina, num quando miserandas ille ruinas
Aspiciet, sed enim ignoro si turbidus illo
Portento stupuit, animo miseranda recursans,
Non tamen bis cedit sed contra audentius ardens
Vltro animos tollit, atq. audens talia fatur
O socij illustres animas, quæ sanguine nobis
Hanc peperere viam, atque æternam funere vitam
Nuper adepti, vltro lætanti corde sequamur,
Ingrediamur enim vestigia nota cruore,
Hæc ait & lætus (vicina morte putaui)
Altior insurgit, virtute & concitus ipsa,
Fidens aduersum fidens fert pectus in hostem,
Fulminat ense ferox, & belli de tonat imbrem,
Obrui-

Obruitur telis, & cocto marte cluescit,
Ictibus illius ferrum, non sufficit vllum
Nec varium vario discretum tergore durum,
Rursus terra nono spumat calefacta cruore,
Illius at corpus vulnus concernitur vnum,
Non vis sed virtus vegetabat languida membra
Illius indomisi, fortiq. cadaueris; immo
Percutit incussum propria virtute animatum,
Ecce autem immani consurgens corpore quidam
Vir multis comitatus adest, dumq. vrget inhærens
Per medium connixus bellanti exigit ensem
Voluitur hinc iuuentis lætho; lentusq. dehiscit,
Nec quisquam è nostris potis est vlciscier illum,
Heu dolor heu lachrymæ, proh nuntia dura parenti,
Illustres animæ, quin vos extrema meorum
Funera, in occasu vestro nec damna nec vllas
Vitauisse neces testor, non vlla pericla,
Quod si me tali donasset funere virtus,
Hac dextra merui, extinctus male sanus in illis
Et moribundus eram, nec noui cætera quæq.
Euenere inde, extremo nam in turbine læthi
Versabar, stratus læthalis dona quietis
Dum capto tenebris nigrescunt omnia circum,
Hæc inter cerno longinquum erumpere lumen
Nec tantum virtutis adest, quo noscere possem,
Sæuibat mihi at inde dolor, quem frigerat vmbra
Iam proprius lumen ad me cædebat, & vna
Effantum quosdam sonitus audire videbar,
Et iam, iamq. magis properabant voce lacessor;
Lumina tum tollo, cilijs connixus iniquis,

Aspicioq.

Aspicioq. duos oblonga in veste verendos
Toedales gestare faces, & porgere lumen,
Me conuenere ambo, vnus tunc ore locutus
Confide ò fili (contemnens cuncta pericla)
Illo, quem iuuit cruce pro te effundere vitam,
Talibus his dictis dextram protendit, & vna
Signat more crucem, tacita prece numen adorans,
Surge ait hinc, mirum mirum consurgo stupescens,
Vulneris, atque expers, solidoq. vigore beatus,
Ecce autem videor me reflorere iuuenta,
Atque vigoranti protendere munere membra
Agnoscens stupeo nec verum credo, nec vltro
Ipse agnosco meos artus, insomnia credo,




PIE-

PIETATIS CAROLI MAGNI
LIBER NONVS.



ARGVMENTVM.

GVido dicit hic ſe ſanum, atque enſem datum ab Heremitis,& miſſum Aglanti, vnde Franci turbantur venit Nuntius falſus , & miſcet bella inteſtiua , Ganus author ſeditionis occiditur ab Attila.



AT ſenior fatur fidei ſic pauper, & expers
Es miſer en homines ſumus, moribundaq. membra,
Sed nos religio excipiens disiunxit ab omni
Cœtu, nam Chriſto famulantes ſpernimus omne,
Me tibi delegit, ducit qui cuncta miniſtrum,
Meq. tibi voluit quod habes præſtare ſalutis,
Is vult,id corpus, virtutis grandia tanta,
Cui patrare dedit,magnaq. anima vegetari
Neglectum haud linqui, venturi vt geſta nepotes
Mirentur,acuantq. exemplis corda,animoſq.,

Et pulchram ediſcant per vulnera quærere mortem.
Liſuratis corpus dico, cui grandia ſaxa
Surgere conſpicuo mirabere Mauſolæo.
Aſpera cum poſitis miteſcent ſecula bellis,
Verum oculos tolle, atque ardentia ſydera cerne,
Illud cerne vnum cono radiante clueſcens,
Luminis vt pompam ſocijs accendit in aſtris,
Hoc ſiquidem effulgens radio nos indice ducet,
Qua nunc Liſuratis iacet ingens æquore truncum;
Vix ea fatus erat cum lætum erumpere ſydus,
Eſt viſum, & prono radios immittere cono;
Inde facem ducens ducto fulgore clueſcit
Nobile qua truncum ſtabat, tactumq. coruſcat,
Hinc ſpecto truncum diffuſo vulnerum in oſtro
Purpureum ſanctæ mortis expandere fucum,
Hinc illum agnoſco flens inter guadia mœſta,
Nam fixus ſtabat, vt ſemper vixit olympo,
Ferrum dextra tenet ſtans ipſo in vulneris actu,
At læua cordi depreſſa orare videtur
Errorum veniam, ſtricto & ſic plangere ſcuto,
Accurro, & læto perfundo vulnera plantu,
Interea dextram longæuus ſuſcipit illam,
Et reſerans digitorum orbes, palmamq. reductam
Excepit ferrum, & mihi porgens talia fatur,
Hic enſis tanta, fregit qui maximus arma
Temperie cunctos ſuperat, & acumine duro,
Ipſius hanc proauus geſtauit, ferret in hoſtem
Cum ſe Teſſaltæ magicis regem artibus inſignem,
Illum hic eriperet belli vt nodumq, moramq.
Ingenijs magicis religatum pectora moſtrum

Ducit

Ducit, nam fraudem ſolerti corde moratur,
Cum primum aduerſæ miſcentur turbine gentes
Cælatum turmis caute illud in agmine ſeruat,
Illius aſt oculos ſuffectos ſanguine & igne
Vinclis ſtringebat, lugubriaq. ora veneno,
Vtq. propinquarunt aduerſq. ex agmine turmæ
Liſuratis maior conſtanti pectore primus
In clipeum aſſurgit, primus martemq. laceſſit,
Tunc Rex exoluit furebunbum gutture ſerpentem,
Ilicet ille furit, primumq. offendit vt illum
Arripit in nodum, ſpiriſq. ingentibus arctans,
Sonnipedem implicitum late proſternit arenæ,
Quare diffugiunt aduerſis partibus hoſtes,
At ſerpens manibus equitem prenſauit aduncis,
Ille autem Chriſto fidens, virtuteq. conſtans
Scutum ori infringit, abductum librat & enſem,
Et Ieſu exclamans media inter ſquammea terga
Iuxta leuam harpam ſupremis viribus ictum
Librat, & abductum capulo tenus abdidit enſem,
Voluitur hinc ſerpens ima præcordia fixus,
Excludens harpas, amplexus atque relaxans
Ilicet erumpit victor, ſocioſq. reducit
Perfuſus ſanie corpus, atroq. veneno,
Induſtris faber enſem poſt diſcrimina belli
Suſcipit & verſans in flammas induit æquas,
Quem ſimul ac cernit hauſta candeſcere flamma
Infringit ſquammis, tergoq. incendia nutrit,
Inq. illam ſaniem mergens viro abdicit omnem,
Tamperiem miram intentans, & acumina firmans,
Hæc vbi dicta dedit ſenior mihi porrigit enſem,

Accepi as versans non hic mea brachia poscit
Dico, tum senior venerando hæc addidit ore
Lisuratem iuuenem hoc Fabius prostrauit, & ipse
Concidet hoc, tolle nam cum se crastrina cælo
Lux tollet, vises francorum tegmina, nec te
Ignoti gressus, inimicum aut cura retardet,
Namq. viam sternet cuius te gloria ducit,
Hic autem gladius Aglantem poscit, & illi
Fer dono namq. illi se casura reseruat
Roma, & in antiquum reddet tunc maior honorem
Talia dicta seuis admirans aure bibebam,
Cum subito ante oculos oritur mirabile monstrum
Forte cupressus orat caput inter nubila condens,
Atque globi in morem ramis densissima ductis,
Ecce autem quatuor aquilæ certantibus alis
Corpore candescunt, atque actis segnius alis
Procumbunt terræ, & circum tendentibus harpis
Accipiunt roseum fuso splendente cadauer,
Sublimen & tollunt, reuerenti & more supremum,
Tum medio posuere globo, tum fornice condunt,
Hinc me compellans senior his ora resoluit,
At tu qui planctum implesti iam munera fida
Pone caput, fessosq. oculos furatore labori
Nobiscum hanc si quidem poteris requiescere noctem
Hæc fatus senior me per discrimina saxi
Per varios casus, peragrantem ducit anhelum,
Tandem perueni summo qua culmine surgit
Sanctorum spelunca virum, tum sede quieui,
Vt ventum mensam pomis onerauit inemptis,
Vicinamq. amnis vitro mihi præbuit vndam,

Accipi-

Accipimus noctem hinc omnes, somnosq. petimus,
Postera nocturnum velum cum colligit alba,
Poplite deflexo surgere in vota, precesq.
Ambo, tum veniam petij præcepta facescens,
Talibus his dictis Guido de more quieuit,
At Carolus casu concussus pectora acerbo
Spem vultu simulans premit altum corde dolorem,
Nil maiestatis ponit, nil flebile prefert,
Communemq. animos cernit serpire dolorem,
Et desiderium Aglantis late angere corda,
Tandem illi obuersus placido sic ore locutus
Miles tu inuisi casus es nuntius, vnde
Concipiet meritum perculso corde dolorem
Auditor Campus, postquã tantum auxilium ingens
Lisurati virtus, inuictaq. dextera bello
Fulgori similis puncto sub temporis ipso
Apparens subbito tenues euasit in auras;
At procul inde dolor, cælestis nam nitor ille
Ad solis solem quo eductus reddit illum,
Nec tantum statuis possunt capitolia laudem
Tollere, quantam ipso sua funera sancta tulerunt,
Sed quod ad Aglantem spectat ne corda fatiga,
Curas pone graues, quamuis is longius absit
Ignotus socij sunt hic queis pectore virtus
Neruorumq. vigor, feruet, non iste grauabit
Ensis, vel maior fuerit quos mente reuoluo,
Talibus intenti cuncti simul ore fremebant
Assensu vario, studia in contraria vulgus
Scinditur incertum, Aglantem nam querere cuncti
Incipiunt, Carolus curarum flectuat æstu,

Talia dum secum vario sermone ferebant
Ecce aliud miseris damnum, multoq. tremendum
Obijcitur magis, atque improuida pectora turbat;
Namq. heremi quidam simulata veste sacerdos
Venerat ad francos, & equum ducebat onustum,
Ille autem fatur intentis omnibus vnus
Hostile munus Regi, & lacrymabile porto,
Conueniunt Franci, Regisq. ad tegmina ducunt,
Postquam introgressus mærenti hæc incipit ore,
Aduenit miles sublimi vertice nutans,
Qui me compellens fatur, hæc arma decora
Sanguine tolle tibi, Caroliq. ad tegmina defer,
Franci equitis siquidem forti virtute fuerunt
Quem vidi insignem, belloq. extrema sequutum,
Quare ego quo meritum sublimi munere donem,
Arma habeant Franci, & quidquid solamẽ humandi
Ergo iussa tuli, dictis his detigit arma,
Proh miserum quæ Aglantis erant fœdata cruore,
Clamorem Franci perculsa mente dederunt,
Loricam agnoscunt notam, clypeumq. superbum,
Et galeam tantis, quæ visa effulgere bellis,
Ornamenta iacent. obiectum & flebile quoadam
Præportant, cuncti prosere ad corda dolores,
Queis furia illa suos acuebat prompta furores
Vipeream inspirans animam, curasq. malignas,
Namq. omnes tristi turbati pectora casu
Incipiunt secum tanto fremitare tumultu,
Vt Carolum incusent, crudelem & nomine dicant,
Aglantem nam sæuitijs iactarat iniquis,
Talia per Campum quæ cernens maximus hæros

Hue

Huc illuc dubio curarum fluctuat æstu,
In portu quamuis propriæ virtutis oberret,
Ecce autem fuscis nox cœlum amplectitur alis
Alituum, pecadumq. genus iamq. acta soporat,
Ast Ganus mœrens Aglantem mente recursat
Hic furijs præceps, animisq. furentibus vltro
Sese agitat, curis infectans corda malignis,
Obliquo hic liuore macens, fœtusq. veneno
Incusat Carolum, curis & fixus in illi
Procubuit, illum læthæo rore soporat
Alecto, in somnis vnde illi venit imago
Orlandi ora modis attollens pallida miris,
Discinctum corpus, traictaq. corpora ferro,
Sanguine concretos crines, artusq. tumentes
Ictibus, & misero sic visa effarier ore
Hau fuge chare comas damno,& te subtrahe nostro,
Crudeli & Carolo mea nunc mea vulnera testor
Nonnullum pro me tantum cæpisse dolorem,
Quam ne tu simili iacteris proditus arte
Si pietas, siq. vlla fides nunc vulnera libra,
Incute vim telis, animamq effunde malignam,
Omnibus mubra locis, adero, factiq. ministra,
Sic ait atque facem iuuenis sub pectore condit,
Exutitur somno ille incussus corda pauore,
Iamq. adeo, vt petijt somnos indutus ahenis
Horrebat squammis surgens hinc cingitur ensem;
Conuocat & socios Aglantis qua arma cruenta,
Vocibus instigans iras, furiasq. lacessens
Talibus, ergo duci illo nos seruire iuuabit,
Qui fractos bellis nos huc furibundus adegit,

Commoditas illum nonunquam deserit, at nos
Defessos, stratosq. mori nos deniq. eogit?
Aglantem Aglantem quo dictis egit iniquis?
Hisce oculis hisce inquam oculis quæ funera vidi?
Illum illum audiui referentem talia nocte,
Heu fuge chare comes damno & te sub trabe nostro;
Alecto interea pertentat pectora tæda
Vipeream inspirans animam, curasq. malignas,
Tartareum intentans iratis cordibus ignem,
Ardet amor ferri, sæuitq. licentia belli,
Hinc Carolũ appetere ferro vndiq. & vndiq. tentãt,
Vulgus inhorrescit animos, & se incitat ira,
At prudens Carolus præsentit corde tumultum,
Hinc turbam ingrediens dextram tendebat iuertem,
Nudato capite & rabidos clamore vocabat,
O cohibete iras, quæ vos dementia turbat?
Hæc inter, ille qui heremiti nomine fictus,
Explorator adest discedens tempora naetus
Se in Romam voluit successu ardentior illo
Attile & authori sceleris qui miserat illum,
Quo sereret intestini noua crimina belli
Fœlicem fraudem, successumq. ordine pandit,
Bello intestino & francos iactarier omnes,
Quare nonullo assultus sub tempore victor
Sic ibit, Gothus dictis his arrigit aures
Ergo alatres animis pariter certantibus omnes.
Se accingunt bello, properantes agmine sueto,
Turbato Carolo diuersa in parte furenti
Nuntius affertur hostes sese agmine ferre,
Obstupuit varia confusus magine casus

Infœlix

Infœlix Carolus, duplicem conſpexit vt hoſtem
Vix hæc cum ſubeto glomerari puluere nubem
Proſpicit, & celeres crebris calcaribus hoſtes,
Seditio feruit, bellumq. incendit anhlum,
Sæuit atrox vulgus, oriſq. licentia ſæuit,
Quin etiam Ganus patratæ ſeditionis
Author tartareo nimium, & nimium ebrius igne
Multaq. pratepea variorum corda furorum
Bis nixa iaculare aliquid, bis tollere ſaxa,
Spectata toties ſunt maieſtate repulſa;
Concuſſa & altum timuerunt frontis honorem,
Magnamini Caroli iumdudum audita frementis,
Iamq. propinquabant hoſtiles agmine turmæ,
Cum ſæuus Ganus arrepto tempore fatur
Immo agite o ſocij, ſub tanta pericula vitæ
Cogite concilium iniurijs, me exire nefando
Seruitio, adque hoſtes me traduxiſſe iuuabit,
Hæc ait & medios ſocijs properantibus hoſtes
Appetijt ,quare fugiens ſcelus omne retexit,
At ſpectans Carolus obiectu obmutuit illo,
Exin iam clareſcit in eluctabile damnum,
At non his cedit ſed contra audentius inſtans
Exclamat, primum Ganum virtute ſequamur
Primus vt ante volans, en vt mea vota capeſſit,
Hac ratione omnes animos detorquet in hoſtem,
His dictis pellit turmas ducitq. furentes
Obſtupuere omnes pulcbra & ſub fraude ſalutem
Excipiunt ,fuit ille author nam ſeditionis,
Quare inſectantur ignarum inopina ſecuti,
Ille autem vt Carolum venientem proſpicit vltro

Prateſum

Pratesum est cepti, pupugit conscientia pectus,
Parte alia metuit instantem, acterga prementem,
Quare alacris nactos mutato pectore in hostes
Irruit, vt spectant socij saua orsa retractant,
Illum autem Carolus dictis affatur amicis
(Ne socij ignari fraudem, & ne sent.at ipse)
Vir fidens animis primum tua maxima virtus
Te exegit, sociosq. tuos velut ante volantes,
Ille ratus Carolum sic deceptum esse tacebat
Ast Carolus postquam turmas dispescuit hosti
Exclamat socij en qui Aglantem strauit in illum
Vltores ite, auditis hinc talibus omnes
Conuertunt animos, sauumq. feruntur in hostem,
Tempore correpto Carolus gentem ordine pandit
Qua potis, atque aliquo distinguit in agmine turmas,
Attila sed tumidus qui spem concepit inanem
Primus vt ante ruens primo sese intulit hosti,
Et Ganum offendit inuito pectore primum,
Atque aliquem educibus Caroli tunc arguit illum
Instantem, quare sublatum surgit in ensem
Aduersumq petens librato vulnere pectus
Appetit, & costis capulo tenus abdidit ensem,
Casum indignantis, seq. in sua damna plicantis,
Vltor defuncti it Carolus late agmina pandens,
Instantemq. premit, atque irrita capta frementem;
Attila qui tumidus vana spe se intulit hosti
Vt iuuisse nihil captatum seditionis
Tempus, & ingententem fraudē videt, orsa retractat,
At premere, & subito simulans concurrere cursu
Subtrahit hinc partem ex primis, paulumq. reducit,

Atque

Atque locat statione actam, rapit alteram & inde,
Et sic alternaq. fuga & statione reductum
Agmen agit Carolus, Franci cedentia spectant
Agmina, & exardent ducto concurrere ferro
Exultantq. animis, Carolus hoc corde recursans
Tendi more vetat, si quidem sub mente reuoluit
Esse ducis animos bellum seruare frementes,
Ergo suos cogit, actasq. educere contra
Se prefert turmas, reduciq. sub ordine flectit,
Ingenijs agitur cautis, & pectore docto,
Et sic quisq. suos voluens se in castra reducit,
Et iam multoties congressus inter, & orsa
Phœbus & oceano cessit, & venit eoo,
Nam numquam toto certatum est corpore belli,
Horrebant finem & cuncto decernere ferro,
Tum quod Romani casuram iam pietatem
Censebant Caroli bello incussam, socijsq.,
Tum Caroli virtus dubijs quod misceat hostes,
Atque ignota manens improuida pectora turbat,
Parte alia tumuli frugum, conceptaq. messis
Vrbem inter, duplicato & propugnacula muro,
Telorum ingentes surgunt & qui vndiq. acerui.
Persuadent Gothis bellum differre supremum,
Nam possunt finire mea, atque excindere castra;
Hæc inter de more Itali sub mente recursant
Antiquos gressus, queis totum attingerat orbem
Roma, viam virtus si forsan strauerit vllam,
Hinc curis certant tacitis solertius orsis,
Industriq. duces amino, Franciq., Italiq.,
Sæpe moram hinc suadet Fabij certissima proles

Concilio

Concilio accito, francas nam expedit ad oras
Scipiadem puerum tollentem se omine laudis,
Qui bello francos infestans auxilium omne
Impediat castris, patriæ vel cura retardet,
Egressos retrahat vel sors vindictia parentum,
Gentilis suus Annibalem vt detorsit ab vrbe,
Concilio hinc versare moram magis incipit alto,
Cum fame iactandos Fabius iam præcipit hostes,
Namq. neq. auxilium Carolo sperare licebit
Scipiade obstante ad patiram, nec tendere contra
Sic illum paucis, & laxis posse lacertis,
Insultare famem virtuti atque inde relinquunt.



PIE-

PIETATIS CAROLI MAGNI LIBER DECIMVS.

ARGVMENTVM.

CArolus despectans francos iactatos dicit, Amoni se velle in paria arma Attilam torare, quare memorant id Dionisio confessori, venit interea Princeps Græcus Vlixes in auxiliũ Romanorum, Amon pugnat.



T Magnus Carolus qui se obliquare repulsa (ctore fortis,
Nescius, intrepido quatiebat pe-
Scipiadis spernens proauiti nominis orsum
Clarior aduersis rebus, quam sepe secundis,
Castris considit simulans se castra fouere,
Atque negat conferre manum tentantibus iras,
Ne assiduis pugnis veteranas suescat in artes
Forte suas magnis rebus sperata iuuentus
Romana, & ne se sapientibus instruat orsis
Instantes patitur hostes, & bella moratur.

Arte

Arte noua belli aptans propugnacula castris,
Cogere namq. exin veteranos impete sperat
In iuuenes, melius quo captet conditionis,
Nec minus in bello infestantem patria tecta
Insurgit, fraudem nixus colludere fraude,
Nam monuit patriam caute quod bella moretur,
Et iubsit nutri spem instantis longius hostis,
Nam postquã ille animo spẽ turbidus hauserit altã,
Auxilium exposcet, stipata hinc robora Romæ
Subtrahet in francos, nam omnes vindicta vocabit;
Quare tam densæ tenuentur robora Romæ,
Si ipse autem victus Roma decedet in hostes.
Tum in medios veniens spolijs se onerabit opimis,
Talibus inter se secretis prælia curis
Miscebant Franci, atque Italorum exercitus omnis;
Interea Carolus Amoni hæc voce profatur,
Chare seuex speculum priscæ virtutis honorem,
Qui meriti verum canis effundis, & ipsum
Præfers fronte alto, quæ me discrimina versent
Respicis, & quanto iactamur turbine belli
Turmarum paucus numerus, quin robora pubis
Deficiunt, neruos campi rapit improba Thais,
Quisq. mouet longo fessos discedere bello,
Ne miseros toties in aperta pericula mittam,
Quamuis relligio, patris & reuerentia Petri
Inde mori pulchrum sanctis demonstrant in armis,
Attamen id campo timeo, conscientia versat
Quod stimulis dudum impuncto sub pectore, ne sic
Perniciem nutriam tantis, flagroq. reseruem,
Me laus nulla manet, sæuum pertendere finem

Certis

Certis cuncta oculis video, & sub corde reuoluo,
Ast ego martiriumq. moror, corpusq. cruentum,
Sedne maiorum virtutem, & nomina obrumbrem,
Et francos animos, solis queis sancta fides stat
Maius opus moueo, tandem patri omnia pandem
Qui potis est animas pœnis exoluere nostras,
Namq. vt primo orsu socios in bella vacaui,
Vicanum vt Christi Gothis exoluere possem,
Relligio cunctos pietati adiunxit, & orsui,
Carda acquisiuit, fouitq. cupidine mentes,
Relligio at probibet in aperta pericula mitti
Nunc miseros, quare quæ sit sententia bello
Audi, atque his rebus tanta succurrere fessis,
Dimittam turmas reduces, me verius vnum
Pro cunctis bellum luere & decernere ferro,
Attilam ego Regẽ, siquidem in paria arma vocabo,
Si vincam late sperabo & maxima paucis.
Sufficient bello hi pauci, & reuocare facultas
Tandem erit errantes, spe pauca & corda fouere,
Si contra Gothi fundam sub vulnere vitam
Effugiant Franci bellum, nam fœdere pacto
Exponam tutos, quæ animo sententia surgit
At tu fare tuo, & tandem quid conde repostum,
Tunc Amon senior dictis compunctus ab illis
Talibus incæpit, vt te fortissime francum
Accipio, agnoscoq. libens post grandia tanta
Militis atque ducis, & magni Principis, vltro
Omnia sic mecum curis, animoq. peregi,
Virtutemq. tuam nixuram talibus orsis
Noui, vt quod generosius, & quod fortius esset;

Talia

Talia quæ versans lacrimas perstringere summis
Palpebris volui, ne fœdem flumine canos,
Vnum oro summis socios adiungere rebus
Ne hos canos fugias, animus stat pectore præsens
Nunc ad consilium præfixa mente reuertor,
Tu nullam nostris vltro spem ponis in armis
Deserti sumus fateor, vrgemur iniqua
Semper congressi pugna, tua maxima virtus
Defessa dudum bello languetq;, resistitq;
Id sed enim tacita tentandum mente reuoluo
Nempe vt, sternamus circum surgentia castra
Castra alia, nam materies iacet omnis ad artem,
Ille quidem Guido, qui venit nuntius ille
E cunctis vnus, qui propugnacula iungunt
Artifici ligno mentitur fabrica quicquid
Obdurat muris, contextu & præstat in ipso
Regales ædes, aries quas nullus adunco
Euellet rostro, nonnulla balestra repellet
Quare illic miseros sic posse quiete fouere
Spero, atque auxilium, & cœlestia dona morari
Huic contra hæc Carolus tua virtus optima semper,
Consiliumq. fuit, formido at crimen acerbat,
Sed me languentem nimium conscientia pungit,
At iuuet interdum reuerendo hæc ponere Patri,
Ocyus accersunt illum, venit ille recursant
Omnia dicta ergo, Carolus, longæuus & Amon,
Dionisius pater iste fater est nomine dictus,
Qui vitam insontem teneris traduxit ab annis,
Assiduis precibus, pro peccatoribus instans,
Hic vbi concepit dicta, & sub corde locauit
Respon-

Respondens fatur, me fundere vota precesq.
Nunc finite, hæc inter vos vestras plaugite culpas,
Post responsa dabo, ast illi præcepta capeßunt,
Has inter curas, & tanta pericula rerum
Multoties phœbus lucem quaxauit Eoo,
Multoties etiam oceano nox extulit vmbram;
Interea princeps græcus lata agmina pellit
Auxilium Romæ, queis iam molitus, Vlixes
Nomine qui dictus, proauito insignis, & orsu,
Qui errantes equites sic illos nomine dicunt
Ducit, & ardentes sapientibus instruit orsis,
Nam multi iuuenes queis ardens pectore virtus
Ignoti gaudent varias errare per vrbes,
Nam nouitatis amor, pellit ducitque cupido
Per varios casus, & per discrimina belli,
Errantum hunc equitum venerantur grãdia corda,
Et bello, & paribus insignem sæpius armis.
Et totam virtuti traduxisse iuuentam,
Hic Caroli ingentem virtutem, & maxima gesta
Narrante ex fama accepit, vimq. ordinis ipsam,
Quæ semper iuuenes magna inter præmia duxit,
Exarsit conferre manum, dum non negat ætas
Loricamq. pati, dextraq. extollere ferrum,
Illustri illustrem quo claudat funere vitam,
Clarior haud forsan imbelles exigat annos;
Canitiem ergo premens galea, rugasq. fatigans,
Insignem, & clipeum iam millibus ictibus vnum
Quaxat, mille viros ducit sub vere iuuentæ,
Luxuriat illis generosum pectus in armis,
Atque ardent conferre manus, meritoue cluere,

 His

His Carolum petiens socios his erudit orsis
Ne qua meis dictis esto mora fortia corda ,
Ad magnum virtutis opus componite mentes ,
Cum primum aduerso sese agmine proferet hostis ,
In geminas vosmet partes discindite,& vna
Sit curæ è latere medijs iuuadere martem ,
Cum illi terga dabunt , vos prompti absistite pugna ,
Præcipitesq. ipsos linquatis abire furentes ,
At cum se voluent furijs,cursusq; reflectent ,
Maiori studio vestros hinc erudiam enses ,
Nequicquam curæ sit vobis vulnere pectus
Appetere, aut vultum,summũ a consurgere in ensem,
Atque ictum cauto molimni verbere in altum
Aduersi pulsum , summo ferientis in ictu ,
Tunc iuuet aduersis aduerso incurrere nixu ,
Vis si quidem oppositum vulnus furibunda secũdat ,
Credite, vos curæ hæc magna inter præmia ducent ,
Namq. experta loquor,spolia hæc mihi sæpe dederũt,
Assensere omnes dictis,& mente recursant ,
Exacuuntq. animos captantes grandia dicta ,
Iam ventum ad Francos famulũ hinc misere ferentẽ
Hæc dicta , græcus princeps aduenit Vlixes ,
Virtutemq. ducum sublimi voce lacessit ,
Mille viros socios ducens , & mille latescens ,
Nec iam fama mali tanti , sed maximus author
Aduolat & Carolo , & sociorum pectora turbat ,
Namque est nota viri virtus , & robora pubbis ,
Tum magis vt campum euiratum erroribus omnem
Conspiciunt , Carolus senioris fatur ad aures ,
Iam nosti quo marte feror,quo turbine Franci

I acten-

Iactentur, quantos humana negotia motus.
Alternasq. vices miscent, tunc occupat orsum
His dictis senior, seniori incurrere tanto
Me iuuat vnum oro sine me decernere ferro
Virtutem tantam, vitam & pro laude pacisci,
Me nil victa si tu, veriq. effecta senectus
Angit, nec dubijs longæuum frigerat vllis,
Consulis externo, quæ dixi crede duello,
Non minus ille senex mihi lectas exime turmas,
At Carolus non illum in tanta pericula mixet
Ni expertus foret externo eius robora bello,
Haud mora concedit demum socia arma iuuentæ,
Mille alios de more viros, qui pectore feruent,
Quos inter Amadigis adest, Orianaq. coniux
Et Marfisa ferox, Astolphus it, Ariodansq.,
Rugerius sed enim, & Bradamas stant rebus egenis
Seruati, nam spes campi omnis, nititur illis
Vulnere at Austriacus languet, stratusq. labore,
Ingentis cædis, medios cum erupit ad hostes,
Ocyus armatur senior, hastamq. coruscat,
Sonnipedem ascendit, quaxatq. insigne superbum,
Vastatæ galeæ, & castris sese extulit ingens,
Acceptisq. viris fatur componite mentes
Ad iussa, vnum oro non tantum erumpere in hostem
Sit curæ, aduersum crebro, atque expendere ferro,
Quantum inter pugnas hæc iussa capessere nostra,
Vincere nolo hostem, nec vos agat ista cupido,
At tantum exequier virtutem pectore forti,
Atque hinc fingatis aduerso erumpere nixu,
Proni hastis, pronis vosmet exponite ferris,

Excipite hinc clypeis mucrones more cubantes,
Inde haſtam in telum contollite protinus altum,
Et firmum aduerſo quatientem robore vultum
Appetite intorto iaculo, dum fortius hoſtis
Nixus in aduerſum, ſi aliquis detorſerit error
Extemplo gladijs dimicandum indicit egeſtas,
Id reſtat ſed enim, id reſtat ſub turbine belli
Id fortes agere, curiſq. expendere certis,
Quod fide iam certum de veſtra ſpero putoq.,
Hæc vbi dicta dedit turmas late eximit actas,
Huic Græcus paribus aduerſum ſe eximit armis,
Conticuere omnes hoſtes hinc inde theatro,
Virtutis ſpectare vaga vt ſpectacula viſi,
Vt potis obtutu conſidunt vndiq. lato,
Alterno, & varios verſant ſub pectore caſus,
Ecce autem inſtanti ſe pandunt agmine turmæ,
Hinc Francus inde, & Græcus vaga prelia miſcent,
Iam propriùs, propriuſq. aſtant, iam fræna relaxant,
Iam coeunt haſtæ pronis mucronibus actæ,
Ecce autem inſurgit hinc inde induſtria ſolers,
Congreſſuſq. regit, vireſq. acquirit eundo;
Nam Græcus ſolers innitens ordine pacto
In geminas partes diuiſit protinus agmen,
Hinc Francis vacuo patuerunt æquore campi,
At Francus monitis præſcriptis agmina ducens,
Siſtit, & aduerſos inſtantes fraude moratur,
Præcipitem expectans, ſtupuerunt ocyus omnes
Congreſſuſq. nouos, atque orſi ignota maligni,
Hoſtes conſtantes ſi quidem præcepta faceſſunt;
Pubes græca furit, furijſq. it cauta ſub ipſis,

Veſti-

Vestigatq. latus, & girans agmina lustrat,
Segnius haud Franci librata mente morantur
Præcipitem, atque mouent tacito sub pectore telum,
Quare concurrunt iteratis cautius orsis,
Non tamen est cuiquam proprius accedere virtus,
Hostis ne captet meliorem conditionem,
Ast Alcibiadem Græcum, qui audacior vnus
Tot traxisse moras generoso pectore tædet,
Hic siquidem se extollit prole & nomine auito,
Quare producta nil curans appetit hasta
Francum Amadigem, qui turmis se primus agebat,
Atque adeo innitens supremis viribus iustat,
Vt clyeum ingentem, loricæ & tergora densæ
Sciderit, & summo gustarit vulnere corpus,
Et ni defricto cessissent robora fraxo,
Totum intentassent gemina vltra tergora ferrum,
Contra ille in telum libratam sustulit hastam.
Alte sublatus, suprema & librat ab aure
Et vultum recto sortitus verbere nudat
Vultum lorica, & raptam rapit impete secum,
Ergo alacres animis pariter certantibus omnes
Immiscentq. manus manibus, pugnamq. lacessunt:
Marfisa interea nitentem decutit hastam
Aduersi Aiacis, prole, & virtute cluentis,
Atque suam surgens sublato vulnere librat;
Immittens valido sortitur verbere scutum,
Impete quod terebrans tot ferri terga tot æris
Transfigit, vmbone & pendentem deserit hastam,
Dumq. ensem stringit Aiax ardentior ira
Surgit, & aduersæ nitenti cuspide pectus

Gustat, counixuq. instans pergebat in illo,
Cautior hæc inter græcus furit Artemidorus,
Instantem vt vidit librata cominus hasta,
Astolphum, summis contorquent viribus hastam,
Sortitur nares, & summo vulnere scindit,
Voluitur ille fremens stimulo at compunctus bonois
Abductum longe retro consurgit in ensem
Hostem vestigans apri de more cruentis;
Interea validam postquam præruperat hastam.
Hostili clypeo ferxes qui nomine clarus,
Irruerat pectus, ducto & mucrone petebat
Sæuæ Orianæ, quæ indignans sic proprius hostem
Immemor haud iubsi nitentem dirigit ensem,
Alam in protensam, celeres & flectit habenas,
Ille ast sonnipedem ferrata calce fatigans
Ex alto pronum librauit feruidus ensem,
Incurrunt ictus aduerso verbere vani,
Quare ambo arserunt rabidis crudelius iris,
Et iam iam vario miscentur turbine Martis,
Prælia sed virtus nequicquam in cordibus ipsis,
Nec tantum est curæ hostile abscindere pectus,
Nec tantum instantis dextræ ense haurire cruorem,
Quantum animo forti præcepta facessere magna,
Egregie cordata virum nam pectora fidos
Præceptis animos conseruant, dantq. furori
Defensas mentes, dum bellum exestuat imum;
Nonnunquam ficto sic se spectabula bello
Exposuere, vagos nec sic pictura labores
Miscuit, atque dedit oculis spectare theatrum,
Iamque animi feruent, sparguntur, & arma cruore,

Ingen-

Ingentes sonitus dant vulnera deuoluentum,
Snbstrepitunt galeæ geminantibus ictibus, enses
Scintillant, frustis iam totus grandinat aer,
At postquam incaluere iræ, & rabies tumuerunt,
Marfisa exardens tali sese eximit orsu,
Nempe ensem tollit, oculisq. infringere fingit
Dudum aduersi hostis, vt sensit se rapit ille
Educens alto libratum vulnere pulsum,
Et iam producto scindisset vulnere pectus
Instantis Franchæ, sed contra feruida virgo
Præcipiens animos, præuertensq. arte magistra
Abduxit retro dextram, repetita sub orsa,
Et mediam valido sortitur verbere frontem
Diffidit, & roseæ reuolutum extendit arenæ;




PIETATIS CAROLI MAGNI

LIBER VNDECIMVS.

ARGVMENTVM.

PRæliantur Græci, & Franci, Vlixes vocat in ſingulare certamen Amonem, ambo laſſitudine victi ſuſcipiuntur a ſocijs: Poſt hæc Franci, & è contra itali concilio ſedent, Alecto incendit Agramantem in Francos.



ST Alcibiades hæc inter prendere tentans
In nodum feruentem Amadigem incurrere dorſo
Nititur, & læuam prenſanti barpagine tollens,
Vrtibus incurrensq. Amadigen, ſternit arenæ,
Ille autem inſurgit decuſſo pondere ſtrati
Sonnipedis, pedes ire parat, incurrere, & illi,
In peditem ille enſem minitanti vulnere tollit,
Contra hic complexu curſoris brachia prenſans
Hæret, complexu ſonipes exire nequibat,
Atque huc, atque illuc præceps it deuius armo,

Hoc

Hoc Alcibiades noſcens ſaltu ocyus egit
Se celerem, & cautus terræ veſtigia fimat,
Sentijt hoc francus incepto & deſtitit, ergo
Concurrunt pugna, francus ſed dirigit enſem
In Græci pectus ſed Græcus vulnere pectus
ſortitur, terebrant mucrones viribus acti,
Alter & alterius in vulnus corruit hoſtis,
Interea traxiſſe morus, & prælia tædet
Aiacem, incenſo ſæuitq. ſuperbia corde,
Et pugnam indignans tentat miſcere paleſtram,
Marfiſa huic paribus ardentem ſe eximit iris,
Atque moram indignantem, ducto hinc altius enſe
Irruit, & prono deguſtat vulnere frontem
Ardentis Græci, concuſſus voluitur ille,
Et vitam obuerſus calidas effundit in auras,
Hic frontem quaxans tremulum nigreſcere circum
Omnia ſpectabat, labuntur lumina lathe,
Hæc inter monitis ſeniores orſa miniſtrant
Necquicquam iratis, qui coeco Marte feruntur,
Coeci colla, harmoſq. lauentes ſanguine largo,
Anceps pugna diu ſternuntur corpora paſſim
Fortia multa virum, ſtrepitant haſtilibus auræ,
At francus ſenior meditans diſcrimina rerum
Congerit effuſos ſocios, turmaſq. reducit,
Vſq. adeo cunctis ſpatiatur in hoſtibus errans
Et rixas inter ſic cauto munere fungens,
Vt nulli aduerſum ſeſe inferat, & pote nullo
Coſtringi incurſu, longi experientia belli
Nam dat defenſum, & magna inter præmia ducit
Ipſe etiam inſtantem ſi offenderit obuius hoſtom,

Solerti

Solerti in genio mentiri posse inuentam
Edocet, & quantæ siet experientia molis;
Segnius haud senior Grecus per bella per hostes
Errabat sociosq. regens, agmenq. reducens,
Per rixas tutum ducit nam conscia virtus,
Ingenio certare senes tum munere magni
Hinc, atque inde ducis, iubsisq. lacessere martem,
Talia per Campum, senior quæ Grecus in alto
Corde locans, vanis connixum se arguit orsis,
Indignansq. moras generosas arsit in iras,
Hinc socios, hostesq. vocans his farier orsus,
O socij, atque hostes sæuum cohibete furorem
Cedite, significatq. manu, tunc ocyus omnes
Cesserunt medij dictis, spatiumq. dedere,
Quare se exoluunt hostes hinc inde cruenti,
Et Græci & Franci captantantes dona quietis,
Quandoquidem æquali linguebant turbine lathi,
Ille autem incepit intentis omnibus vnus,
Quæcunq. est fortuna, mea est, decernere ferro
Me iuuat hoc fœdus, Amonem hinc voce lacessit,
Ocyus incurrit francus, & dicta moratur,
Ille autem vt canos vidit, senioris & ora
Talibus incepit, vt te fortissime francum
Accipio, agnoscoq ducis sub laude cluere,
Sic conferre manum, paribusq. assistere in armis
Ne iuuai, & ducto virtutem expendere ferro,
Oppono canos canis, senior seniorem
In pugnam posco, siquidem mora longa videtur,
Qu am nunquam bello passus, victoria franca,
At contra tales francus dat pectore voces,

Quam

Quam tu deberes studio producere longo,
Et vitae seruare tuae iam vlciscier audes,
En iam telle moras certenus cominus ense,
Ille haud dicta parat concussus pectora dictis,
Ast ambo pariter robustos quadrupedantes
Ascensu superant, & firmant arma lacertis,
Intepuit Carolus senij concussus amore,
Vt sensit, duris vrgens in rebus egestas
Quo cogat pectus chari senioris amici,
Interea quis dicta fauor mihi magna ministrat,
Musarum, alternam expedio dum carmine laudem,
Ergo vbi in oppositis sisterunt partibas ambo
Captauit spatium gressus Amonius heros
Sonnipedem validum ferrata calce fatigans,
Segnius haud alter decedens fortis Achiuus
Surgit, & instantem vestigat cuspide cauta,
Iam proprius, propriusq. astant, iam verbera figunt,
Ecce autem aduersis permutant fraudibus ictus,
Nam francus capulum abducit, retroq. tetendit
In morem teli, Graecus cum sentijt orsum,
Contra furtiuam sub dextram dirigit hastam;
Innixi aduersis incurrunt ictibus ictus,
Robore nil agitur sola hic virtute seniles
Artus nituntur, quos longa refrigerat aetas,
Haud mora conuersis insurgunt orbibus acti,
Sonnipedesq. citos repetita per orsa fatigant,
Ensibus incurrunt, sed conscia pectore virtus
Vulnera detrudit s & membra senilia seruat,
Sonnipedes volitant, hic belli medustria fulget
Congressusq. artes, & quicquid robora cauti

Ingenij

Irgenij valeant illo ſunt nota duello,
Non ſic compoſitis incurrunt motibus actæ
In rithnum de more rotæ, diſtinguitur hora
Queis paribus, clypei vt concurrunt ictibus vltro
Aduerſi aduerſis, in eodem & tempore ferrum
Decutiunt, ictuq. ſonant, ceu tempore pacto,
Hæc inter ſeniores defecere labori;
Verſus vterq. fremit, ſedenim feruentius Amon
Exardens, ſummo deguſtat vulnere vultum
Græci, ipſe emotus langueſcens ponit habenas;
Quare hoſtem nequijt contingere vulnere Græcus
Sublato, inq. ictum præceps euoluitur actum
Ambos tum demum imbelles hinc inde labore
Excipiunt ſocij, dextra leuaq. cubantes.
Poſtquam euirati, caſuri & ſedibus herent,
Illi autem ardentes pariter cepta orſa fremebant,
Vnde diem talis concluſit terminus illum,
Et placidi rediere hoſtes ſub pace ſequeſtra,
Interea quinto voluuntur ſidera lapſu,
Alituum, pondumq. genus, nox fuſa ſoporat,
Pertentanſq. artus ſomno gratiſſima ſerpit,
Depoſitis curis ſtant corda oblita laborum,
Humentiſq. vmbræ nocturna obliuia pectant,
At Carolus triſti turbatus pectora bello
Quo nuper neruos campi videt ire cruentos,
Lætitiam & Romæ ſolerti pectore verſans
Euentus varios premit alto corde, nec vnquam
Accipit aut noctem, inſomnos aut ſoluitur vllos,
Vſq. adeo ingeminant curæ, mentemq. faligant,
Stat iuxta ſenior magni ſpes altera belli,

Qui

Quis minus haud quicquam curis exestuat imis,
Heu quid agent, summis quoniam de rebus agendũ,
Eequis erit tandem dexter modus, vnde laborum
Tanture auxilium licet, aut virtute salutem,
Qua petere, Carolus placido hæc prior edidit ore,
Chare senex, ratioq. status, præceptaq. belli
In diuersa trahunt animum, nam diditur aura
Horroris francos inter, torpentq. cohortes
Me torpere rati dum cædes lumine lustro
Externas, tantum & nostri effluxisse cruoris,
Ne timida obuersas peruadat opinio mentes,
Diuersas & agat; constructo educere bello
Ipsos est animus, primum & me pro mere pugnæ
Arte tamen tali, qua nec contendere contra,
Nec dare terga illis videor, sic poscit egestas,
Nam ducis est curas virtute leuare suorum,
Non secus ac cautis cunctos traducere curis,
Ne dubium euiret animos & sub trahat orsis;
Parte alia insurgit pietas contraria poscens.
In iussa mentem; ne in aperta pericula mittam
Defessos, varij per tot discrimina casus;
Adbibit hæc senior corde, atque his ora resoluit,
Est ducis, est certe facilem mentirier hostem,
Horrori vt primo, dubijsq. resistat iniquis,
Sed qua defessos virtus, quodue eximat orsum
Non cerno, & tanto campum obiectare periclo
A virtute tua absit; a virtute tuorum;
Tum contra Carolus captare quietis abunde
Est opus, atque animos orsis educere tutis,
Est ducis, at tandem quid curis moliar audi,

Fingam

Fingam hosti hoc quicquid captare timore quietis,
Horrere in castris, nam propugnacula iungam,
(Non secus ac bello capti vrgeremur iniquo)
Atque fuga petere de more latente salutem,
Nec conferre manum patiar, nec tendere contra
Francos, concepta donec constare quiete
Incipiant vires, & robora tendere neruis,
Tum vero instantes preporto, vltroq. pauentes
Obliquo, propriaq. fero statione timentes;
Interea turmas secreta parte rependam,
Instructamq. aciem sub castra patentia celatam,
Ipsæ cura datur perstringere terga prementum,
Atque improuiso congressum effundere bello,
Ergo lacessentes cum voluent terga cohortes,
Et cum terga prement crebris calcaribus hostes,
Auxilium erumpet, cauta quod parte locatum,
Vrgentesq. premet, nostri quid dinde sequatur,
Talibus auditis senior his ora resoluit,
Et ratio, & virtus tua grandia dicta probabunt,
Solertisq. fiet quæcumq. industria mentis,
Quod potis ingenio, meliore & conditione
Orsum iam nosco, supremis viribus orsum,
Si quis in aduersum rapiet casusue, laborq.
Exemptos, pulchrum morier succurret in armis;
Tum Carolus si non expenderet orsa periclis
Virtus, & dubia libraret grandia morte
Omnia, nequicquam virtus virtus foret ipsa;
Sed iam tempus adest, his dictis iussa ministrat,
Exacuitq. duces, atq. ordine cuncta rependit,
Iam labor exercet cunctos, iamq. vndiq. castra
Vallan-

Vallantur vastis iam propugnacula lignis,
Et sabie implicita nodantur, & vndiq. durum
Truditur; ingentiq. cilindro iam obriget æquor;
Nec minus interea diuersa parte repostì
Consilio Gothi, atque Itali de rebus agebant.
Heu miserum Gotha maculatum prole senatum
Pandentes, Romæ certantes corpore toto,
Tunc vitiges Gothus, quo non præstantior alter
Concilio versare dolos, & fraudibus, inquit
Audi quid sperem, quid certo moliar orsu,
Franci ardēt conferre manum, & se voluere in vrbē,
Fingamus portas illis prebere patentes
Freti armis, inuitare illos & mœnibus hostes,
Cum venient illi, fingamus tendere contra,
Exin terga demus, nam instructis ignibus omnes
Aspergam gressus, cum illi voluentur in vrbem
Incendam subitam dextra, leuaq. ruinam,
Quid sequitur patet; interea stent longius acti
Ex nostris, Martem inuadant castris qui inopinum;
Accipiunt omnes dicta, & sub mente reponunt,
At Desiderius, cui maior pectore virtus
Et meditamentum belli solertius, iniquit
Ast animum id dubÿ perturbat, cordaq. pungit,
Quæ tantæ tenuere moræ francos, vbi virtus
Assultus abÿt, ni duris rebus egestas,
Ni malesuada fames, aliquis latet altius error,
Nam dux qui cauto solers est pectore notus,
Tunt exhorrendus, tunc niti fraude putandus,
Vel cum deflexo reducem sese agmine præfert,
Vel cum se fingit laxum languere quiete,

Hac

Hæc belli metitamenta inter, mentis & orsa
Multoties cælum stellis fulgentibus ardet,
Multoties sole excandit, nam Grecus Vlixes
Exceptus Roma monuit nil tendere contra
Esse opus, & finem ducto decernere ferro,
Nempe sui donec constabunt corpore sano;
Interea belli in curis incensa simultas
Secretos inter animos, quem vrgeret egestas,
Volueret in bellum & quem conditione minore,
Precipere alteruter quo possit consilium hostis.
Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur
Infœlix monstrum furijs agitatur anhelis,
Nam vanam quaxasse facem se agnoscit, & omne
Obtusum quicquid acuit sub bella furoris,
Pergit iter reserans stridentes anguibus alas,
Obscenamq. halans in balenis naribus auram
Francorum pacem euris dum limat aculis
Decreuit Maurum primis, quem accenderat orsis
Nunc agere vltorem Patris quem strauerat Aglans;
Rex Agramas dictus hic Franci nominis hostis,
Auxilio hic venit Gothis socia arma capessens;
Hunc adit Alecto longæui & corpore ficto
Induit in canos angues, furialia membra
Insegnes artus voluit, & pondere ficto
Annorum incuruat humeros, & prona dehiscit,
Stat fronti diadema tumens, cui vertice summo
Cornu luna sedet, detortum balteus ensem
Perstringit lateri, tergus calcatq. pharetra;
Et fulgens iuueni fatur nox cum horruit vmbris
Rex Agramas, ò Rex Agramas tela irrita dextra

Nos

Nosgerimus, nostrum maculantes deside nomen,
At Roma infœlix supremo in turbine casus
Stat moribunda tremens, Caroloq. vrgente dehiscit,
Hoc virtutis opus validum prosternere francum,
Loricamq. manu valida lacerare superbam,
Nam Fabius Consul portis effundet apertis
Auxilium, & lato properabunt agmine Goti
Namque diu assultus intento corde moratur,
Conuectare iuuat te prædas, lictaq. bello,
Virtutemq. tuam fœdare bis vilibus orsis;
Iam nil orsus abi, iam nil tua grandia cura;
Quod mihi si quicquam credis senioris amici
Concipe consilium, tuus hæc nam fidus Achontus
Sufficit, & tantum sueto vtile suadet amore,
Nunc improuisos subitis, assultibus vrge,
Sit dolus an virtus tali quis in hoste requiret;
Hæc ait & furias iuueni coniecit anhelas,
Et tæda incendit generosas pectoris iras,
Ast illi rabido tenduntur robore nerui,
Estuat atque furor curis, & conscia virtus,
Nunc subit ira patris mœstas vlciscier vmbras,
Et patrui Mendricardi nunc sumere pænas
Rugerio ex hoste, furijs accensus & ira
Extulit hinc palmas, dictisq. his verberat auras,
O tu qui tali inflammasti corda furore
Ingentes Francæ spectabis cedis aceruos,
Hæc ait & turmis aciem discriminat æquis,
Mille ardore suo viciuos arrogat ignes
Flammeus, intentasq. animis audacibus iras,
Virtute exultat rabida, & spe præcipit hostem,

I Hinc

Hinc autem socios cogens est talibus orsus,
O socij Francos dubitatis perdere cunctos?
Qui vix attollunt collapsis membra lacertis,
Vix hostem alterni si congrediamur habemus,
Hæc ait, & paribus Sericanum in prælia dictis
Hortatur Patris ultor qui socia astitit ira,
Exacuit maurosq. duces, & pergit in hostem;
Inflat tunc Alecto tubam, signumq. ministrat
Incursus, & vexillum tæda extulit atra,
Purpureis maculis tunc visæ horrere tenebræ,
Roribus & tellus distingui hinc inde cruentis,
Spargitur hinc cælum monstris, portentaq. noctem
Inuoluunt, subitis late rumoribus horrent
Omnia, namq. tubæ sonitant procul ære canoro,
Arma arma exclamant Franci stationibus acti,
Arma arma ingeminant, percussis collibus antra.



PIETATIS CAROLI MAGNI

LIBER DVODECIMVS.



ARGVMENTVM.

AGramas inuadit francos Carolus succurrit Gradassus succedit pugnę redeunt Rinaldus & alij pares Carolus miseratur cedem, vnde decreuit in singulare certamen vocare Attilam.



RIMVS vt ante volans Agramas calcaribus actis
Ingruit offensis furijs accēsus, & ira,
Sic celer eolio vt prorumpat tardior antro
Auster, & effuso stridens aquilone procella,
Tardius it torrens plantas radicitus altas
Euellens; fulmen per culmina tardius errat.
Nonnunquam vibrat ferrum quin tergora nactus,
Tergora nonunquam nactus, quin vuulnere scindat,
Vulnere non scindit, animam quin auferat hosti,
Plura tamen vero desunt, dextræq. furenti,
Ipse velut rupes vastis aduersa procellis

Ventorum furias, tergo quæ decutit alto
Substinet innixos ictus, alienaq. ferra
Impauidus, partes late & cunctatur in omnes,
Dum circum effusis contorrent agmina Francis,
Atque vni gladijs, telisq. frequentibus instant,
Immixti tenebris sub dono noctis opacæ,
Ille alios ictus, connitentesq. lacertos,
Qualis nil curans aduerso tergore præfert
Quamuis assiduo strepitet caua tergera circum
Tinnitu galea, scintillisq. æra fatiscant,
Hæc inter roseo surgens aurora cubili
Ingentem cedem, confusæ stragis aceruos
Illum exardentem diffusa luce coruscat.
Illius & galea vt deflexo corpore serpens
Surgit, & aureolis distinguit tergora squamuis,
Atque auro ardentes oculos, vt lampade tollit,
Vtq. ferox morsu linguam lugubre rubentem
Explicat, eructans squallenti iapice spumam,
Victoremq. illum socios in castra vocantem
Indicat, & lato miscentem castra periclo,
At misεros francos iactatos turbine rerum
Et semi armatos caput obiectare perlclis,
Et misere huc illuc fessis succurrere rebus,
At Magnum Carolum cunctis errantibus vnum
Tentare auxilium, sociosq. exponere bello,
Ast inter cunctos, queis maior pectore virtus
Arsit, quem iuuit vitam pro laude pacisci
Guiscardus fuit, annorum quem pondera vasta
Non dum incuruarunt, nec neruos bella domarunt,
Hic Narbonensis illustri prole superbus

Qui

Qui tantam sobolem natis quinq. auxit, & ipse
Ipse pater natos magna inter prœmia ducit,
Qui graue Martis opus tolerant sub patre magistro,
Assuetos primis horrorem spernere ab annis,
Et pubem galea premere, atque offendere membra
Thorace, vrgere & teneros tibialibus artus;
Hic postquam sæuum victorem conspicit hostem
Sternentem francos, sua natos orsa sequentes
Eximit, & dictis virtutem incendit amaris
En nati, en virtus, subeat nunc maximus ardor,
Et virtus generis, & relligionis honores,
Atque mori pulchrum sanctis succurrat ni armis,
Proq. fide iuuet hic generosam effundere vitam;
Viuere namq illum credo, qui funere viuit;
Talibus his dictis primum sese explicat illis,
Tum roseas ardere genas, ardere & ocellos
Conspicuos belle natorum in vere iuuentæ
Spectares, pulchrumq. oculis preferre furorem,
Sonnipedes quini spirabant naribus ignem,
Iam pater erumpit qualis getula leæna,
Quæ ducit natos sub primo ardore iuuentæ,
Queis nondum ceruix cincinnis horret adultis,
Armorum sed durat ebur tunc ore, manuq.;
Quæ simul, ac vidit surgentem in cornua taurum
Irruit, & natos irasci in prælia morsu
Edocet, & prono rabies horrescere vultu,
Ecce autem aspiciunt victorem, & proprius astant
It senior primus, nitentem & dirigit hastam
In sæuum, hinc hastæ procumbunt ordine quinæ
Natorum, & quino percussant verbere Maurum,

Sentijt hinc vulnus Agramas; & surgit in ensem,
Ceruicem & proni producta cuspide nactus
Transigit, accepto striderunt pectora ferro
Voluitur hinc senior languens, crassumq. cruorem
Eructans aspergit equum, & deponit habenas,
Hæc inter Regis Sericani feruida proles
Gradassus, socijs vltor qui venerat orsis
Irruit, atque suis eductis proprius instat
Non illum Austriacus Princeps, non sæua Oriana,
Reijciunt validis instantem cominus iris,
Ille errans Bromium instantem dimittit arenæ,
Inde Blicum Narbonensem sic transigit ense,
Fumans vt retrahat torrenti è vulnere ferrum,
Non longe Amaracum, qui belgis venerat armis
Conspicuus, italoq. fremens cursore superbus,
Rugerius sed enim male sanus pectora bello
Externo, vt nouit iactari turbine castra
Vulnera perstringens fascis posita induit arma,
Et conscendit equum, generosi pectoris ignes
Namq. illum vegetant, & duris rebus egestas,
Conflictum hinc petijt, & versas laxat habenas,
Victorem hic spectat Gradassum sternere francos,
Ecce autem agnoscit inimicum pectus & ora,
Ecce autem agnotus inimico a pectore & ore est,
Non sic aduerso curcurrunt agmine venti,
Non sic oppositis se offendunt fluctibus vndæ,
Ensibus vt nixi ambo, ignarus cedere vterq.;
Atque ea dum mixto bello confusius ardent,
Rex Agramas francos late iactabat inertes,
Contra illum quamuis Amadigis feruidus instet,

Asperat illa, suis irrigans roribus ille
Dentibus infendens languentis more leonis
Quem labor assiduus repremit, fessumq. fatigat
Cedit, at interea Mauri sternuntur arenæ,
Gradassus longè atque Agramas sæua orsa retractāt,
Atque vt tela sinunt errantes ingrediuntur
Romam iactati, & paucis de more coactis,
At Carolus fessos socios in castra recepit,
Et quamuis torret sudore & sanguine largo,
Non prius egrotum misit de pectore curam,
Quin cuncta agnoscat rebus constare serenis,
Errat, & Niuuigilans partes cunctatur in omnes,
Illius hinc laxos quatit eger anhelitus artus,
Et spuma insurgit geminantis iussa loquelæ,
Conspicit hinc reduces late, turmisq. reductos,
At reducem potius cædem, strangemq. reductam;
Spectat nunc fessum, nunc collapso ore cruentum,
Excipit inde alios languentes turbine lothi,
Quin alios vectos sociorum amplexibus, arma
Multorum tantum cernit torrere cruore,
Ast alios ipso castrorum in limine sese
Ponere, & ante oculos languentem effundere vitam,
Indoluit grauiter miserans, doluitq. dolore
Illorum; & cedem miseranti in pectore seruat,
Haud mora corde pio nunc hos, non excipit illos,
Stragula languenti effundit, medicosq. cruentis
Immittit, vocat inde duces charitatis in orsa;
Tum reduces socios conuentu suscipit acto,
Et mulcens illos venia casus rogat omnes,
Composito rumpit vocem Otho protinus iscens;

Th

Thais captiuos misere, vt conduxit amantes
Erramus acti zelo, nam frigida cura
Alterno tacitos odio nutribat, at illa
Sic fouit radijs oculorum pectora mulcens,
Ignotam vt socio spem dulcem cuiq. ministret;
Quisque putat solum se charum posci in amorem.
Hæc inter ferimur læti per opaca locorum
Caietæ ad portus, circeæ & littora terræ,
Illic, namque domum certam, requiemq. laborum
Spondebat, illic se sperat quisque beatum,
Ingredimur lucos circæos, vndiq. flores
Vndique calcamus fructus, sub tegmine mirti
Erramus vario recubantes, fluminis vndam
Nunc propter tremulam, nunc propter dicta volacriū,
Delitias inter errantes pulchra puella
Venit, complexusq. magæ petit, illa coruscat
Crinibus ardentes radios, hinc filia solis
Apparet nobis, multæ illam more puellæ
Sectantes nostra permulcent oribus ora,
Matrem illam esse magæ gestis nos credimus illis,
Latam illæ sternunt mensam prope fluminis vndam,
Nos autem læti dapibus opulamur inemptis;
Interea illa dedit nobis spumantia vina,
Singulus hinc nostrum pleno se proluit auro,
Hinc mirum induimus porcorum tergora cuncti,
Humanæ effigies contractæ hinc inde dehiscunt,
Hirsutis circum sparguntur corpora setis,
Mens antiqua tamen, visa at celarier vmbris,
Nam vnum medicauerat illa potentibus herbis,
Thais captiuum Amonem sub nocte sequente

Vin-

Vincla recusantem nixa, atque insueta frementem
Ducit, sic miseri claustris habitamus opacis;
Aures Aglantis concussit fama, furescens
Qui vltro circæis vltorem se intulit oris,
Et tacitus claustris se intentans vincula rupit,
Rinaldi, & frontem porcorum percutit ense,
Vt doctus fuerat, dictu mirabile cunctæ
Diffugiunt setæ, omne hirsutum euadit in auras,
Tum redeunt vultus, atque in precordia virtus,
Arripimus quare inde fugam, sed longius ille
Carpit iter, campum siquidem nil corde recursat,
His dictis tacuit, premit altum corde dolorem
Hinc prudens Carolus, quamuis & sede quiescit
Attamen haud vllæ exin captat dona quietis,
Ingeminant curæ, & si laxus forte dehiscit,
En subito ante oculos languentum venit imago,
Singulum & intentat spectatos sæpe dolores,
Et tantum certa formido crimen acerbat,
Nunc miserans illos oculis pæne eximit vndam,
Nunc diuersa trahunt animum in contraria curæ,
Vicarium Christi ne sic patiatur inertem,
Iactata hinc pietas socijs errantibus ante
Per varias pugnas, nunc tandem Aglante dehiscit
Iam desperato, qui ignotis errat in oris;
Anceps pugna diu curarum sæuit, & horret;
Omnia versanti potior pia cura videtur,
Quæ prius incendit generosum pectoris orsum;
Amonem appellans simili langore frementem
Talibus affatur patrem, permissa potestas
Cui veniam orantes æternis soluere pænis,

Præte-

Prætesosq. sui erroris pietate fouere,
Nosti quænam hostes habeat fiducia rerum,
Nec qua spe miseros languentes posse fouere
Cerno, nec instantem qua possim auertere mortem,
Si sedet id tibi, siq. saluti animæ, audeo vitæ
Hoc quicquid superest stricto decernere ferro,
Et tandem sæuo miseros exoluere bello,
Nam mea me pietas, quæ tanto accinxerat orsui,
Et socios duxit per tot discrimina rerum,
Nunc suadet tandem supremis viribus vtendum,
Vt quicquid possum demonstrem implesse, nec vlla
Vitauisse neces, qua religionis aguntur
Res summæ, vt fieri deceat aduerte docebo;
Cum primum hoc gentis duxi, turmisq. reduxi,
Vicarium Christi Gothis exoluere castris
Quo possim, lectus hostis fuit Attila, nostræ
Hostis nam fidei, semperq. euoluere nixus,
Nunc quoniam peccata negant, & conscia culpa,
Virtutis ratio mentem pulcherrima misit,
Qua Attilla eum regem in paria arma vocabo,
Stat tanto conferre manum, stat quicquid acerbum
Morte pati, illius aut sumere sanguine pœnas,
Namq. ille nullo paribus se conferet armis
Ni sit Rex ingens sobole, & rogalis auita,
Sæpius Austriacum, atque Aglantem respuit hostes,
Ni quantum implicitus turbis incurrit, & illis
Et reliquis, is me iamdudum in prælia poscit,
Si cadet ille, fides vltro tunc firma resistet,
(Spero hoc) namque fidem solus radicitus ille
Euellit, stirpans quæcumq. est germina nactus;

At

At prius oblato componam hoc fœdere bellum,
Non Italos agat in Francos, cuncta arma quiescant,
At nostro tantum dirimatur sanguine bellum,
Si Gotho forsan cedet victoria Regi,
Tum Franci Roma cedant, & castra relinquent;
Et Romam exoluent longa obsidione, nec vlla
Arma ferant, non ullo assultu hac regna lacessunt,
Namque ego si reduces duco, quæ infamia ducet,
Expulsos? hostes nos sternet terga prementes;
Si nostram annuerit potius victoria palmam,
Vt potius spero, si non peccata resistent,
Pontificem reddant, donent venerandum, & habere;
Nec retro insultent cadentum terga prementes;
At tu, quæ in melius referas, quæue orsa repellas
Explorare animis, mibi iussa capeßere fas est,
Omnia nam panxi seniori ab origine nostro,
Qui hoc miserum nequiens fari, tantum annuit ore.



PIE-

PIETATIS CAROLI MAGNI

LIBER DECIMVSTERTIVS.



ARGVMENTVM.

CArolus vult præliari, mittit famulum ad paciscendum fœdus, sed prius comburuntur cadauera, sternuntur castra, ex columba accipiunt aduentum gigantum, Carolus & Attila præliantur.



VM Pater hæc contra lacbrimis effatur obortis,
Maxime francorum Ductor, mens agminis ipsa,
Hæc mente, hæc animo mecum multo ante peregi,
E virtute tua tantum sperare doloris
Heu potui, heu solum te in tanta pericula mittent;
Quandoquidem quacumq. viam virtute pectamus
Successum peccata negant, nec quo eripiamus
Nosmet cerno, nec qua vi tendamus in hostes,
Tu virtutem orsi exequere, et iam concipe curam,
Tantorum miserere virum, tot sæua frementum,

Hac

Hæc vbi dicta dedit lacbrimis discessit obortis,
Concilium acciri hinc Carolus, & more vocari
Iubsit, queis medius dictis his ora resoluit,
O quibus vna salus placuit sancta orsa sequuti
Me sequier, quamuis languentes turbine lethi;
Ad maius pietatis opus conuertite mentes,
Quo vosmet miseros longis exoluere damnis
Iam spero, stragi multos, & subtrahere ipsæ,
Nec minor est virtus rebus seruare secundis
Se met, quam extremum sæuis durare periclis,
Bellum infœlix ò socij cum pectore bellum
Romano gerimus, generis virtute tremendum
Spem si præsentem nostris posuistis in armis
Ponite, maiorem sedenim spem concipite exin,
Nam quæcunq. obtutu deuastata cruento
Aspicitis, quæcunq. animi miseratur imago,
Pro æternis pænis, pro libertate animarum
Omnipotens genitor pius exiget, hinc ego dictis
Expediam firmæ quæ stet sententia menti;
Regem ego Gothorum, Regem in paria arma vocabo;
Fœdere sub tali, si ipso victoria cadet,
Tum Franci Roma cedant, & castra relinquant,
Et Romam exoluant longa obsidione, nec vlla
Arma ferant, non ullo assultu hac regna lacessant;
Si nostram annuerit potius victoria palmam,
Nam potius spero, si non peccata resistent,
Pontificem reddant, donent venerandum & habere;
Vos pietas erga Carolum non ulla fatiget,
Pernicie & strage mihi visum exoluere multos,
Et conscientia iubsis cor ingentibus vrget,

Con-

Conſcius, eſtq. pater venerandus, cella flagri ne
Sint caſtra, lachrimas percuſſa mente dederunt
Tum Franci, atque imo clauſerunt corde dolores,
Tunc addit Carolus, at vos queis cura ſuprema
Rectores fidi iuuenum, rerumq. magiſtri,
Defenſos bello qua illos virtute dediſti,
Per varios caſus, magna inter prœmia ductos,
Nunc ipſos pariter rebus ſeruate ſecundis,
Reddite iam patriæ conſpectos, forſitan olim
Deſueta ardentes rurſus pelletis ad orſa;
Obſtupuere animis omnes, fremitumq. dedere,
Et quamuis tantus dolor, atque obiecta cruenta
Inſtantem cunctis intentent vndique mortem,
Non tamen abſtinuere animis pietatis, & orſis
Atque negant Carolum tanto obiectare periclo,
Tunc Carolus monitis hæc addit, linquere charos
Me tædet fateor, ſed dura id poſcit egeſtas,
Namque aderunt multo noſtrum de ſanguine Gothi,
Vos qui ante ora mea obtruncat, me ante ora meorũ,
Hæc ait, ingentem claudens ſub corde dolorem,
Tunc verſus paribus conſtanti hæc addidit ore
Vos queis cura ducum reduces iam cogite turmas,
Namque ideo nequeo vcs obiectare periclis,
Vt patriæ ſocios poſſitis reddere tutos;
At mea me pietas ſuprema in prælia poſcit,
Quod mihi ſit quicquam ſocij, ſic creditis vltro
Hæc dextra, peccatis noſtris ſi veniam illam
Speratis, aliqua certos vos pace beate,
Et nos tela viri, nos ſurgere ſcimus in enſem,
Nobis, atque mori pulchrum ſuccurrit in armis,

Non

Non adeo has exosa manus victoria spernit,
Vt Gothum tanta pro spe tentare recusem,
Pontificem & reducem non vllo pectore sperem;
Tunc Amon senior dictis est talibus orsus
Spem nulli obscuram, nec claræ lucis egentem
Eximis o bone Rex, cuncti & se scire fatentur,
Sed quoniam duris vrgens in rebus egestas
Nos tectis poscit patrijs, fessosue quieti,
Cedamus Roma, spes & ponamus inertes,
Hoc pietas hoc sancta fides, sentitq., iubetq.
Ne exitio tantos seruemus, funditus omnes
Suspirant, immoque trahunt e corde dolores,
Atque ea versantes curis sua vulnera acerbit
Passa diu, rapiunt namque in contraria curæ,
Hinc pietas, atq. hinc virtus, magis inde at egestas,
Quid socij facient audet cum talia Princeps?
Quis planctum illius campi, aut suspiria fando?
Explicet, aut clausos imo sub corde dolores?
Virtutem hic luget maculatam, hic luget honorem;
Hic magni Caroli ardorem miseratur iniquum;
Atque ea dum circum magno clangore feruntur,
Magnanimus Carolus haud mollia dicta ferentem
Dimisit famulum, Gothumq. in bella vocantem,
Sed pacem prius exanimis, de more petentem,
Atque sinant cogi tumulo, & succedere terræ,
Et tandem strages subiectis ignibus vri,
Ne vapor, & toto succedat in aere pestis;
Nuntius ingressus, mandata ex ordine pandit,
Assensere omnes dictis, spatiumq. dedere,
Fœdera concipiunt læti, lætissimus vnus

Ante omnes Gothus obluto federe gaudet,
Et sicum tacito suspendit corde tropheum
Armorum Caroli, lacerat iam dextera stratum,
Bis seni tacuere dies, sub pace sequestra;
Per siluas mixti Franci, Gothi, atq. latini
Errantes operi nudant de more lacertos,
Immanes cogunt molis surgentis aceruos,
Communemq. trahunt curam, sociosque labores,
Officium & prestant alternis hostibus hostes;
Dum pietas circum flammis spatiatur anhelis
Atque halitum obscenum populatur latius ignis
Inuigilat francis Carolus, & commoda præstat,
Atque quiete fouet sperata, & talibus orsis,
Iamque dies epulata suos gens omnis; & omne
Vulneris obstrusum, captata & dona quietis,
Rursus & aspirans virtus in prælia poscit
Corda virum, meritisq. animos, & pectora mulcet,
Iamque audent omnem belli perferre laborem,
Quos magnus Carolus dictis solatur amicis,
Et consanguineo raduces commendat amico,
Austriaco, & reliquis paribus, rerumq. magistrum
Eligit Amonem seniorem, credere curæ
Huius spem nati, iam prima pube virentis
Nam Carolus voluit, tum cœtu suscipit hiscens,
Vos ideo reduces mitto, concludere vt hostem
Scipiadem aßultu posßitis, reddere tutos
Inde meos, Francos, claudunt hi corde dolores,
Hinc reduci turmas distinguent agmine cunctas,
Vt tandem aspexit rebus constare serenis,
Amplius haud primum potuit perferre dolorem,
Et

Et miserans voluit tacito, sub corde querelas
At prius obtutu, miseranti & mente moratur,
Incubuitq. illis, secumq. nouissima dixit,
Dulces o socij dum bella, Deusq. sinebant,
Accipite has lachrimas, vobisq. hoc poscite pectus,
Vixi & quem dederant cursum iuxta orsa peregi,
Nunc moriamur enim, pietas qua talibus orsus
Sic iubet, errorum & meritas expendere pœnas,
Hæc vbi sic secum, complexu suscipit omnes,
Illorum cinctis pendens de more lacertis,
Hæc agit, atque oculos Francorum reijcit armis,
Ingentem & tacitus pressit sub corde dolorem;
Quare vt supremo phœbus surrexit eoo
Expedit famulum, poscentem in prælia Gothum,
Et componentem oblato iam fœdere bellum,
Nec minus interea famulum premiserat ipse
Rex Gothus tumidus, sua dicta superba ferentem,
Ipse agitur furijs, totoque ardentis in ore
Scintillæ illudunt, horrescit pectore virtus,
Arma fremit fremit, arma furens, hastãq. coruscans,
Quandoquidem longo Romanos soluere bello
Iam censet, pestemq. virum sic perdere francam,
Pandere sic portas clausas, & vellere castra,
Desertosq. videre locos, atque vrere flammis,
Hinc Desiderio fatur hæc corde maligno,
Si forsan cedet armis victoria nostris,
Tum forte vtendum, & captiuos ducere francos
Sit curæ, iuuet hinc cineres satiasse meorum,
Si quis in aduersum rapiat me casus iniquus,
Nudatam gentem castris, tergisq. volutis

Appetite ferro; ſæuas & ſumite pænas
At Deſiderius percuſſus pectora dictis
Reſpuit his illum dictis, non hoc mea virtus,
Hoc patietur enim, nam inuito pectore fœdus
Externum infectum ſum paſſus, deſere curas,
Namq. fatabor enim veſtris ſum ſæpius orſis
Iactatus, ſedenim mea ſpes tua maxima virtus;
Iam Caroli video pectus languere cuentum,
Tarpeia interea quæ patris concipit omne
Conſilium, vltricem ſe ſpondet funeris vltro,
Pectore adoptiuum patrem ſic diligit imo,
Sitdolus an virtus tanto nec in hoſte requirit;
Interea Carolus reduces diſponere turmis
Incipit, & cunctis moliri commoda greſſus,
Caſtra & iniqua parat, ſi terga prementur ab hoſte,
Sulphureas alibi flammas, igneſq. repeſtos,
Interea traxiſſe moras, iuuat atque morari
Congreſſum, atque ſuos capta inde quiete fouere
Tutius vt redeant & patria tecta reuiſant;
Ipſe animis fidens ſuetum fert pectus in hoſtem,
Atque patri culpas venerando ex ordine pandit;
Atque orat veniam, quod poſtquam more peregit;
Ecce artem ante oculos oritur mirabile monſtrum;
Namq. columba volans paribus ſe librat in alis
Francorum ſuper agmen, tum contracta lacertos
Eſt viſa in Romam candens euoluere pectus,
Et iam iamq. magis prono procumbere greſſu,
Interea e latere accipiter conſurgit, & illæ
Inſultat roſtro, atque aduerſis aſtitit alis,
Contra illa ingentem gemitum dat gutture rauco,

Obli-

Obliquatq; sinus se in mœnia voluere nitens,
Ocyus accipiter stricta ruit obuius vngne,
Corripit in nodum, manibusq. euiscerat vncis,
Culmina castrorum hinc petiens trunco hæsit in alto
Aaque.hic dum miseros morsu depascitur artus
Incidit in laqueum, laqueum namq. illa gerebat,
Quem rostro ignarus postquam discidit adacto,
Voluitur in terram districto pagina nodo,
Ocyus accipiunt Franci, Caroloq: tuenti
Præportant, mouet ille vlnas, laqueosq. resoluit,
Admirans Carolus, lectis his ora resoluit;
Induperatori Rex pacem Aegiptius omnem
Durate & vosmet certis seruate secundis,
Tœdeat haud belli, nam cum se septima cœlo
Lux tollet venient aethnæa mole gigantes,
Quattuor, his francos est curæ sternere primos
Et Carolum ante omnes reduces ad patria tecta,
Han mitto magus ad me ipsos dimisit Aletes,
Nunc autem experti bello claua agmina sternunt,
Aure bibere omnes dicta, fremitusq. dedere,
Incipit vnde gelu rursus perstringere corda,
Et dubijs terrere nouis iam pectora laxa;
At Magnus Carolus generoso audentior orsu
Vltro animos tollit, his dictis ora resoluens,
O socij agnosco fraudes, hostiliaq. orsa,
Spem licet aduersis certam depromere rebus,
Artes hostiles sunt, & quem corde timorem
Claudunt, incutere tentant hoc nomine vobis,
Illos non credo auxilium, sed damna morari,
His tacuit dictis, monitum alto corde reponens,

Auxilium si quidem venturum pectore seruat,
Decreuitq. moras vrgente abrumpere casu,
Atque lacessentem famulum super addidit vnum,
Illa vbi fatus erat tunicæ deponit honorem,
Atque arma induitur, proceri & pondera fraxi
Tollit, sonnipedem ascendit quo fertius vllus,
Nec celer effusis paruit obuersus habenis,
Nec graue Martis opus pugna durauit iniqua,
Non illum insignem gemmis, ferroq. comante
Ars præfert, picto non tergora pulchra labore,
Non conus galeæ pompas hinc inde coruscans,
At simplex suetis ingentem se eximit armis,
Spiritus ast oris venerandi, & frontis honores,
Imperium vultus magni quantum instar in ipso est,
Præportant virtutem animi, mentemq. magistram,
Vt proprius hostes media consistit arena,
Accurrere omnes, expleri corda tuendo
Hinc nequeunt, totum lustrantes lumine corpus,
Dumq. stupent vultum, circum corpusq. peringens
Lumina conuoluunt, secreto pectora laudant,
Vnde timent Gotho, imparibusq. incurrere fatis.
Censent, sic illum imperio portendere frontem,
Hæc inter Gothus decurrens aureus vrbe
Poscit equum, gaudetq. tuens ante ora frementem,
Ardentes oculos, & crebrum naribus ignem,
Circumstant aurigæ, & turgida membra lacessunt,
Applausu, atque comas circum dant fundere ventis;
Ipse dehinc pompam loricæ se induit auro
Conspicuum effictio, tebias tibialibus aureis
Armat, distinctis sternens munimina gemmis,

Circa

Circa humeros fulgentem insignibus alligat ensem,
Iam clypeo insertat læuam, pompasq. coruscat,
Insignem tandem in galeam caput induit altum,
Cristarum horretq. minis, summaq. chimera,
Exin purpuream valida vi corripit hastam,
Sanguine purpuream franco, quaxatq. trementem,
Ocyus erumpit portis spe turgidus ima,
Hinc atq. hinc coeunt, queis curæ est iungere fœdus,
Nam Roma egreditur gentili in veste sacerdos,
Patratumq. Iouem, poscit in vota precesq.,
Setigeræq. suis fætum dextra tenet, atque
Cælo libratum lapidem hinc obuersus eoo
Extructam ante aram fixus stat lumine toruo,
At postquam sensit adolentes thuribus aras,
Hæc ait alme Pater, patrate o Iuppiter alme,
Fœdere sancimus tu certo numine firma
Si Gotho forsan cedet victoria Regi,
Decedant Roma Franci, nec bella lacessent,
Nunquam at Romani veniant his terga prementes,
Si Carolo id præstas, spondemus reddere tutum
Pontificem, atque exin nullo infestare labore,
Cedentem, Romamq. exoluentem obsidione,
Quod si quis pactum audebit confundere fœdus
Periurum alme Pater fatali percute dextra,
Hunc ego ceu porcum, librato vulnere dictis
His, lapidem extremis immittit viribus actum,
Et medium nactus media inter tempora frontem
Concutit, & la:e porrectum extendit arenæ,
Ast Magnus Carolus, nosterq. in veste sacerdos
Succedunt dictis, ad mota ad pectora dextra,

Et firmant fœdus ſacris de more peractis,
Hæc vbi dicta fremunt conceſſo timpana ſigno,
Tum ſpatium π edÿ dantes ſiſtere theatro,
Aſt illi aduerſo legerunt æquora curſui,
Tum Magnus Carolus oculos ad ſidera tollit
Reginam cœli expoſcens in vota, preceſq.,
Et paucis precibus, hac imo e corde thraebat,
Non iam ſicut ego volo, ſed tua ſola voluntas
Omnipotens genitor fiat, tunc hauſit inanem
Spem Gothus, animiſq. fremit audacibus vltro
Supplicis vt vultum agnouit, & talia ridens
Non hoc tempus (ait) lachrimis, ſed viribus vti,
Rumpe moras, te met ſi quis modus eripe latho.



PIE-

PIETATIS CAROLI MAGNI

LIBER DECIMVSQVARTVS.



ARGVMENTVM.

PVgnatur, Attila occiditur, Consules vt Tarpeiæ morem gererent nolunt seruare fœdus, Tarpeia vult vrere castra, Bromius senior illam vt retardaret narrat ei suam originem.



NIL contra Carolus, sed pronam dirigit hastam,
Segnius haud Gothus dextram de more reducit
Aduersæ hinc maiestates, & frontis honores,
Opposita & grauitas facie spirabat vtraq.,
Ecce autem incurrunt directis cursibus acti
Tendentes longe antemas, vt proprius astant
Infingunt galeis, & summis viribus instant,
Infandum hinc visum violari verbere lora
Regia, regali ni exirent vulnera dextra,
Ocyus in dextram partem se voluit vterqꝫ,
Distringens ensem, bello & generosius ardens,

Nec

Nec motare valet, aut vllo voluere nixu
Aduersum aduersus, ambo sic pectora firmi,
Quamuis tormento murali, aut pondens acti
In morem, feriant aduerso verbere dextræ,
Iam paruo orbe acti redeunt, & cominus instant,
Sublimes iris, actuq. minantis anhelo;
Emicat hinc Carolus, atque altum surgit in ensem,
Fræna regens cubito læuæ, clypeumq. eruscans,
Pugnũ humero abducit, minitanti & cuspide Gotho
Ingruit aduerso solerti lumine spectans,
Contra ille ignentem libratis viribus ensem
Subtrahit in vulnus, humero dextro atque dehiscit,
Inde parat clypeum cuspis qua aduersa minatur,
Tum Carolus alto molitus vulnere fraudem
Irruit, effusas ducens obuersus habenas,
At Gothus frendens, furtiuum dirigit ictum
Aduersum in pectus, coeunt mucronibus ambo
Ingreditur francus ensis, qua tergora & æra
Mucroni opposuit Gothus, præfractaq. scidit;
Attila tum ingreditur clypei per tergora lati
Aduersa, & summo degustat vulnere vincla,
Hinc Carolus illinc Gothus rapit ocyus ensem,
Proprius instantes hinc atque hinc ictibus ambo
Sortiuntur tandem loricæ ingentia dura,
Quæ postquam scindunt, degustant vulnere membra
Aduersa, effuso iam ferrum purpurat ostro,
Consurgunt furijs accitis altius iræ,
Acrius ad pugnam redeunt, martemq. lacessunt,
Immiscentq. manus manibus, cursuq. fatigant,
Hostem tum demum instantem indignatur vtergæ,

Seq.

Seq. ratur victum, si tardus victor, & vltro
Crudescit rabies, & conscia pectore virtus,
Grandinat hinc cœlum frustis; lorisq. cruentis,
Sanguineiq. micant pariter, pariterq. fatiscunt,
Tandem deficiunt cursores, atque dehiscunt,
Voluuntur equites casu, & sternuntur arenæ,
Ocyus insurgunt pedites, pugnamq. lacessunt
Tum Magnus Carolus indignans brachia fessa,
Sanguineum & pectus, supremis viribus ensem
Subtrahit, & librat vulnus contra ille repugnans
Alte sublatum consurgit totus in ensem,
Iamq. ambo obliti ob rabiem munimina scuti;
Ecce autem coeunt ductis mucronibus enses,
Ictibus haud paribus, Gothus nam verbere prono
Sortitur clypeum, galeam quo protegit Hostis
Sic forte elato, clypeiq. euerberat æra,
Vlterius scindens galeam & sub diuidit omnem,
Et summam Carolo gemina inter tempora frontem
Vulnere degustat, Carolus sed tempore in ipso
Connixus summis eduxit viribus ictum,
Mucrone hic ducto sortitur lora recurua
Loricæ, pauco qua surgunt vbera aceruo,
Ingrediens ensis costas discrimina vltro,
Vnde viam cordis molitus vulnere prono
Cor medium inserpit, medioq. eductus in ipso
Transigit, & tergus & tergo extauit adactus,
Tunc ambo cecidere, ambo sub turbine læthi,
Impete namq, ruens Gothus, secum trahit hostem,
At Gothus saxo similis proiectus arenæ
Immotus, Carolus sedenim frontemq. cruentam
Sangui-

Sanguineos oculos trepidans hinc inde coruſcat,
Clamorem extollant cuncti, ferit aſtra voatus,
Longinqua & reſonant vaſtis rumoribus antra,
Oycus accurrunt franci, rapiuntq. frementem
Sub latho Carolum, ſed Gothum vulnere ſtratum
Corripiunt Gothi, atque fidem ſeruare nequibant,
Nam dicunt Carolum, iam iam deponere vitam,
Hæc inter dubia bis ſenum lampada phœbus
Quaxauit, Carolus tum demum membra refectus
Surgit. promiſſis nequijt ſed Roma manere
Innectans cauſas falſas, nam Conſul vterq.,
Sic iubet, atque volunt rurſus incurrere bello
Fræti armis, vltroq. inuitant moenibus hoſtes,
Tarpeia vt morem gererent, nec fœdera curant,
Quid non cogit Amor mortalia corda; riuales
Quidnon audebunt cum ſæuit dura ſimultas?
Illa quidem patris funus vlciſcier ardet
Nil aliud curans, miſeros & cogit amantes,
In ſcelus infandum, fremitet licet Induperator,
Qui ſenio victus inuito pectore cedit,
Hæc inter dicta, & noua belli incendia iniqua
Romanos hinc inde duces cura anxia mittit.
Circum languentes, & propugnacula circum,
Aſt inter cunctos ardenti pectore virgo
Tarpeia inuigilans partes cunctatur in omnes,
Longa laborantum ſed poſtq. cura quieuit
Ingentem Caroli virtutem mente reuoluit,
Atque fremit tantam, furijſq. exeſtuat imis,
Amiſſi & patris premit altum corde dolorem
Vltricem & ſibi ſe ſpondens exardet in iras,

Omnia

Omnia verſanti viſa hæc ſententia flammas
Inijcere in caſtra, ſub dono noctis epacæ,
Sic expleſſe iuuat animum, & ſatiaſſe furorem
Hæc vbi decreuit, concepit gaudia corde,
Scipiadi hinc fatur, proprius qui forte manebat
Audendum audendum melior fortuna ſequetur,
Dij noſtri dij ne hunc ardorem mentibus addunt.
O Conſul, præſens an forti pectore virtus?
Nocturnam pugnam miſcere, aut maius inire
Orſum mens agitat, mihi dudum corda fatigans,
Noſti quæ francos laxet fiducia rerum,
Lumina ſine tremunt, ſomno, vinoq. ſoluti
Languent cuſtodes, quæ animo ſententia ſurgit
Nunc audi, at demum mihi diſſere vera roganti,
Caſtra illa belli cauſam, noſtrumq. periclum
Vram conijciens incenſum lampada, crede
Promiſſis maneam, at ſi in tantis deficiam orſis
Sit tibi cura domus, quæſo & ſenioris amici,
Obſtupuit conſul orſi meditamine punctus,
Neglectumq. querens ſeſe ſic talia contra,
Mene igitur ſocium, me tantum extollere ad orſum
Virgo ſugis, maneam ſic Romæ indignus auorum,
Non ſic me geſtis pulchris docuere parentes,
Nec tu me talem noſti per bella per hoſtes,
His ſimulans dictis affantem cælat amorem,
Tum contra illa inquit multis, e teſtibus vna
Ipſa ego, ſed tandem tua virtus dignior æuo,
Hæret, namq. tibi Imperium, nomenq., decuſq.;
Ille hæc ſi comitem ſpernis, patieris alumnum,
His pactis Deſiderium petiere ſedentem,

Conſilio

Consilio & summis Romæ de rebus agentem,
Tum virgo incepit intentis omnibus vna
Castra illa belli causam, nostrumq. periclum
Vram vram, si fortuna permittitis vti,
Munere sub noctis, tenebrisq. horrentibus, inde
Scipio subiungit socius sic poscit egestas,
Et bellatricem gestum complector in istud,
At senior vitiges negat vltro, atque Induperator,
Et iuxta Fabius in tanta pericula tantos
Mittere, at ille alio congressum corde negabat,
Nempe fidem vt pactam seruaret protinus hosti,
Gradassus sedenim dictis hæc addidit. ipse
Ipse illos ducam per amica silentia noctis,
Nam noui gressus, Agramas tunc ore locutus
Me accingo socium, gressus nam nouimus omnes,
Nocturna strage edocti, tandem Induperator
Amplius haud potuit orsum differre, nequiuit
Illis quandoquidam poscentibus illa negare,
Inuito tandem sic fatur talia corde,
Sit sit premium opus ipsud pro laudibus ipsud
Sit verum, excipio sorti nunc grandia tanta,
At Consul Fabius laudum perculsus amore,
Acrius, & pectus percussus amore riuale
Inuidia tumidus duplici sic farier orsus,
Non vanus humero mihi pendet baltheus ensis,
Et nos tela pater, & nostro vulnere sanguis
Elicitur, veniam nec me obliquare repulsa
Cernetis, contra senior tum talibus orsus,
Ibimus ergo omnes, non istud poscit egestas,
Si tu tantus abis remanet quis? desere cemptum,

Non

Non hæc ista sibi tua virtus prælia poscit ,
Hæc inter magus auditis his talibus addit
Sulphureos ignes solerti lampade fingam ,
Intextos cratibus iaculantes ignea ferra ,
Qui iacti supremis quacunq ignibus hærent
Non vi , non vlla possunt euellier vnda ,
Interea cratibus emissis omnia sternent ,
Idq. addam interea syluam terroribus omnem
Talibus issternam nulli , vt se voluere in illam
Sit virtus , nedum ramorum auellere quicquam ,
Castra hinc prefracta Franci reparare nequibunt ,
Accipiunt Gothi munus , plausumq. dedere ,
Interea virgo solitos deponit honores ,
Purpureasq. alto minitantes vertice cristas ,
Nigrantem & clypeum , nigrantiaq. induit arma ,
Horrētem, & galeam namq. his se ignota per vmbrā
Ferre putat , senior Plomius tum conspicit illam ,
Quam vt pater amplexu teneris seruauit ab annis ,
Et quacunq. ruit iuuenili corde virago ,
Hac senior tardis connixus gressibus errat
Infœlix postquam sensit quo rapta periclo ,
It preceps , largoq. humectans lumina fletu ,
Atque illæ fatur per canos , perq. labores
Per Patris officium , quod me nata aduena adisti
Vnum oro desiste illo te opponere casui ,
Te quæcunq. manent isto discrimina damna ,
Hos canos , patriumq. manent hoc pectus , & ora
Tanta verere precor , fessæ miserere senectæ ,
Illa orsui fixos oculos , mentemq. tenebat ,
Ille autem vt precibus nequicquam instare fremendo
Cernit,

Cernit, desperans has fudit pectore voces,
Tu quoniam in senium, & patrem sic impia sæuis;
Orsis atque tuis caput, hoc iactare periclis
Te iuuat, inq. tuam miserum me voluere mortem,
Expediam lachrimis, & te tua fata docebo,
Illa oculos tollens pendet narrantis ab ore,
Maurorum regis Sobrinus nomine dicti
Seruitio vixi, teneris nutritus ab annis,
Auleas tandem Reginæ ascendere cæpi,
Ambo Francorum venerantur relligionem;
Ipse maritus amans vxoris, & vndiq. flammam
Obduxit, validoq. gelu, dubioq. timore,
Nec potis est illa flagrantia declinare
Lumina, continuis quamuis amplexibus hærens,
Obstupet aspiciens nigrum pulchri oris, & ardet,
Illa autem agnoscens animum, flammasq. mariti,
Ardori, atque gelu morem gerit, abdita claustro,
Et contenta suo tandem se carcere cælat,
Quem circum omnigenæ distinguunt moı e figuræ;
Quas inter fulget candenti educta colore
Virgo pedem nuda, & candentia membra coruscans,
Illa genu nitens vas quondam quaxat odoris
Magdala nomen habet, sueta illæ effundere vota
Regina, vt partu intumuit, quo poneret hora
Fœlici fœtum, dum fundit vota, precesq.,
Ecce dolor partum mouit durissimus illum,
Illa dolens diuæ os lachrymis impressa moratur
Auxilium supplex orans, dum lumine fixa est
O mirum ò miserum niueam te ignara puellam
Educit, ceciditq. animus exterrita mater,

Mira-

Miratur monstrum sed pulchrum diligit vltro,
Curas corde premens Regis nam frigida cura
Sat nota, subitoq. ruentia corda furore,
Partum hinc decreuit celare, aliamq. puellam
Mentiri natam, ne fors albedine in illa
Innocuum pectus maculatum credat, & vrat,
Diuersæ fidei sed fas mihi accedere soli,
Sedulus inuenio nigram, & te subtraho saluam,
Illa dolens, actumq. premens sub corde dolorem
Concessit, furtimq. mihi te tradit alendam,
Quid memorem amplexus, quantis singultibus, atq.
Singultus quantis complexibus interrupit?
Tu misera annuebas planctum, atque dolere doloris
Parua videbaris matris sub tempore iniquo,
Illa oculos tollens lachrimis cedentibus inquit,
Iuste deus qui animos, internum & conspicis omne
Si inscius est culpæ hic animus miserere puellæ,
Innocuum & partum, tua si sic gloria salua,
His tacuit dictis fessa, & prostrata dolore,
Exangues malas instanti morte colorans,
Illius amplaxu te excepi, & rore madentem,
Languentes inter pulsus, & brachia laxa
Et sic te natam in patris complector amorem,
Cælatam hinc tunica eduxi, nec sentijt vllus,
Inde metu exanguis fugio, dubioq. timore,
Interea sonitus miseras has concutit aures
Sentisse quosdam custodes, fama vagatur
Iratum regem calido me quærere corde,
Hinc nemora ingredior, ignotam vt ducere possem,
Et pastorali nutrici tradere alendam,

Hæc inter cerno te alternanti ore papillam
Lugere, heu quid agam quid? stat renouare timorem,
Atque vrbem petere, rursus omnemq. reuerti
Per casum, hinc redeo ecce autem sese extulit ingens
Fulua lebæna oculos ardenti lampade quaxans,
Et contendit iter nemorosum aduersa cluescens,
Illa supercilium glomerans, & lumina celans
Ocyus incurrit, districto & me appetit ore,
Quid facerem? ergo amens supero formidine in illa
Arboreum culmen, stupidus hinc desero humi-te,
Vt senti heu dolui prostratus corda dolore,
Casurusq. tremo, dum oblitam lumlne quaro
Te vidi, & stupui, namq. vt tibi proprius illa
Deponitq. iubas, horrentiaq. ora serenat,
Mitior accedit, teriti & ceruice reflexa
Te mulcet lingua, tuaq. ora trementia lambit.
Lambentem prensas tenero tu sædula morsu,
Nutricis more tandem se in brachia soluit,
Inde tuo morsu interponit prona papillam,
Tu captas sugens inopini munera lactis
Spargebam lacbrimas dubia inter gaudià lætas,
Ad mirans pietatis opus, monstrumq superbum,
At postquam ignoto pastu saturata quiescis,
Illa abit innocua, & rursus se immiscuit antris,
Descendo hinc subito, & quod nonquam credo capesso
Te saluam, hinc gentes diuersa per æquora quarens
Armentalis equa ceu sæua iubebat egestas
Nutrio te lacte, iam prima reuerterat æstas
Fama reuelat iter, pellorq. satellite multo,
Quem Rex excundens partes dimisit in omnes,
Teq.

Teq. sinu pre me portans nemora alta petebam
Ignoti lucus, proprioribus vrgeor illis,
Hinc præceps fugio, offenso sed flumine tardor,
Heu quid agam? charoq. oneri timeo, vrgeor illisq.
Hinc venit in mentem Dea quæ te in lumina duxit.
Telum ingens forti dextra quod forte gerebam
Accipio, atque loco te expenso subere clausam,
Atque hastæ vinctam, libransq. hastile lacerto
Immietensq. ictum supremis supremis viribus isco
Accipe diua tuam, quacunq. emittit egestas,
Ipse pater famulam voueo, & virtutis alumnam,
Tum do me fluuio proprius vrgente caterua,
Euado hinc tandem fluctus, te lumine querens
Agnosco hærentem supremi ad lithoris oram,
Accipio lachrimis, inopinaq. basia trado,
Voluitur interea cœlum, captoq. quietem
Arberis obnixus trunco, somnosq. petiui




PIETATIS
CAROLI MAGNI
LIBER DECIMVSQVINTVS.



ARGVMENTVM.

INijciuut ignem castris Tarpeia, Scipio, Agramas, & Gradassus, Tarpeia a Rinaldo occiditur.



CCE autem in somnis ingens apparet imago
Illa, quem tua sueta parens in vota, vocare
Tum visus toram generosum agnoscere vultum,
Illa fremens grauiter minitanti hæc ore locuta est,
Quamuis diuersæ fidei tu viuis alumnus,
Et non ulla tuum flectunt miracula pectus,
Promissis tandem seruatus mane fidelis,
Seruitium in nostrum Francis conducito alendam,
Illa ego, quæ mittem reddi nutrice leænam,
Defensumq. dedi riui te ad littora ducens,
His dictis minitans noctis se condidit vmbris,
Ast ego, quem diuersa fides diuersum agit illud

Non

Non curans patrias te duxi latus ad oras;
Nec voti mihi cura fuit, te educo puellam
Gotham, pro crinali auro, pro tegmine pallæ
Loricam, & galeam puerilibus artubus apto,
Ense grauans palmas, & longo brachia fraxo,
Et spumantis equi fodere calcaribus armos
Edoceo infantem, tu ardenti pectore cuncta
Ad bibis insigni spes magnas ore coruscans,
Attilæ adoptiuam quare te trado, magistro
Vt graue Martis opus discas tolerare sub illo;
Is miserandus heri cecidit sub vulnere Franci;
Omen ne tantum sequere in certamine belli
Filia, nam posito mitescent astra furore,
Nam virtute decet fatis melioribus vti;
Hac nocte in somnis venit spectata puella,
Obijcit atque fidem infectam, præruptaq. vota,
Filia celestes iras venerare minantes,
Nam læthum tibi, nostræ termentumq. senectæ
Hinc fremo, siste gradum mihi teq. hoc ponere senti;
His dictis tacuit humectans lumina fletu,
Illa autem ignotum premit alto corde dolorem,
Namq. sibi in somnis similis affulsit imago
Virginis, era modis tollens minitantia miris,
Tartareas referans sedes, ignesq. profundos,
Dum manet obtutu horrendo Tarpeia sub illo
Insomnesq. fremit flammas exterrita, visa
Illa furens fari inflammato talia corde
Francorum ascribe te in pactam relligionem,
Namq. aliter te tanta manet, eternaq. damna,
Nec dubita ex hoste id petere, tua lumina quamuis

Morte natant, memori sedenim tu haec pectore serua;
Talia quae secum tacito sub corde recursans
Nequicquam memorare seni vult, ne ille timore
Corrueret tanto perculsus, venit imago
Interea patris; traiectaq. pectora ferro
Nudans, sanguineum pectus vindicta coruscat
Insurgunt irae, quare vult pergere in hostem,
Hinc autem multa lachrimantem, & multa volantē
Dicere deseruit, socioq. accingitur ardens,
Ast magus interea iaculorum praebuit ignes,
Materies intus facilis iacet omnis ad ignes,
Flammarumq. globos alijs, quos mittere funda
Eualeant, facibus omnes armantur anhaelis
Nigrantes omnes spolijs, tacitiq. sub vmbris
Incendunt tenebris defensi, atroq. colore
Tarpeia, & consul, longe & Rex Maurus vterq.
Iam proprius astant per amica silentia tuti,
Custodes fremitum venientum hinc aure bibentes
Arma arma exclamant, & miscent turbine francos,
Illi autem irrumpunt, elatisq. vndiq. taedis
Vltro insistentes contorquent ignea tela,
Intonat aethnaeis aer hinc inde ruinis,
Atque atra excandens prorumpit ad aethera nubes,
Turbine consurgunt piceo iaculante fauilla,
Effusiq. globis praetexunt sydera fumi,
Ingentes iaculos, auulsaq. viscera ferri
Erigit eruetans ignito gutture lampas
Perstrictusq. ignis fundis exaestuat imis,
Et mole vrgetur teli, & superintonat ardens,
Franci concurrunt, & coeco Marte resistuns;

Haec

Hæc inter castra inserpens depascitur ignis
Contextosq. artus, tabulis & lubricus errat,
Quis cladem illius noctis, quis funera dicet
Quæ nox ignotis cælauit coeca sub umbris?
Scipio sed postquam flammas despectat ouantes,
Gradassusq., Agramasq., minas instare ruinæ
Castrorum, ingentem mole & portedere casum,
Vltro abeunt læti nimium fœlicibus orsis,
Et Romam petiunt, nequijt desistere ceptis
Sed virgo, errantes socios nec corde recursat
Mille aditus tentans, ignitum & lampada quaxãs,
Excitus interea Rinaldus flammeus ira
Huc illuc errans, errantes subtrahit igni,
Collectasq. fugat turbas, agmenq. reducit,
Parte alia heu miserum, nam castra ruentia in ignes
Troiana heu miserum voluuntur sæpe ruina,
Pellucent ignes, flammis & edacibus hærent,
Rinaldus mittit sabiem, fontesq. ferentes,
At Carolus, socijq. duces succurrere rebus
Connixi, huc illuc curis vigilantibus instant,
Certe Rinaldus huc ora ferebat at illuc,
Authores quærens partes cunctatur in omnes,
Ibat districto gladio, vulnusq. coruscans;
Tarpeia interea flagrantem lampada quaxans
Vestigabat iter, qua pestem accenderet illam,
Offensa in luce Rinaldus protinus hostem
Agnoscit sæuum, furijs accensus & ira
Irruit aduerso, socios & conuocat omnes,
Illa verens tantos Rinaldo proijcit ignem,
Quem dum Rinaldus eludit dexter oberrans,

Arripit inde fugam, ſed clara incendia monſtrant
Errantem, curſu inſequitur Rinaldus, & iuſtat,
Ecce furens animis aderat, ſiluamq. per errans
Vicinam, (cuius virgo ſe condidit vmbris)
Accenſſum luſtrans oculos per ſingula voluit,
Agnouitq. hoſtem languentem ſede repoſtum
Cui grauis effuſos quatiebat anhelitus artus,
Exarcere iræ, ſubit ira cadentia caſtra
Vlciſci, natiua tamen quæ pectore virtus
Cunctatem mulcet, miſerantem reddit & hoſtem,
Virtutem his miſerans laxam, cor ſubtrahit iræ;
Et iuxta ignotam vicina parte quieuit,
Ceu canis ad frutices leporem ſortitus inertem,
Qui innocuus iuxta procumbit brachia torquens,
Linquere ter voluit crebris ſingultibus actum,
Halantem & grauiter, ſed ter ſubit ira cadentem
Vlciſci molem, & ſceleratas ſumere pænas,
Nunc age qui caſus Erato? quæ prælia amantes?
Et mecum ignari facinus euolue furoris;
Rinaldus hoſtem poſtquam captuſſe quietem
Agnouit placida languentem voce laceſſit,
Hoſtis fare precor iecisti lampada princeps?
Contra illa inſurgens ſubitum dextra exinut enſem
Affantem inuadens, Rinaldus tendere contra
Nequicquam voluit miſerans, & voce profatur
Pone animos molo meliorem conditionem,
Nam langues nimium, nec reſpirare poteſtas,
Illa autem indignans oblatam hoſtis pietatem
Irruit, atque hoſtem ducto mucrone fatigat,
Rinaldus tandem poſita pietate furorem

Induit,

Induit, aduersis incurrunt ictibus ambo;
Non his dexteritas, non virtus orsa ministrat,
Non fictos promunt ictus, non tempora captant,
Hostilis motus, sed coeco Marte fatiscunt,
Atque iterant crebros iterantibus ensibus ictus,
Inuadunt Martem, lucta miscentur in vnum
Ceu duo feruentes aduersa in prælia tauri,
Tergoiri vt hostili defixis cornibus hærent,
Namq. rata illa hostem fallo se prendere velle
Verborum primo, ingratum sed percutit ille,
Vltores animos acuit hinc cominus ira,
Heu quid sæuis amans misero cui vulnera vibras?
Vulnera tu excipies, quæ vibras corde frementes
Corripiunt sese in nodos, tandem vrget vterq.
Vtrumq., & sæuis ignari amplexibus instant,
Terq. ignarus amans circundat brachio collo,
Ter sese nodis excluit protinus illis,
Deficiunt vires ambobus, cædit vterq.,
Nam vix collapsis attollunt membra lacertis,
Iamq dies oritur, Rinaldus conspicit hostem
Sanguine torrentem, gustuq. exestuat imo,
Hæc fatur nostris dura infortunia gestis
Euenere, tegit nam tantos sylua labores,
Hostis dic nomen, victor quo gaudia captet,
En iam dico meum, illa autem venientis eoi
Tum ratur auxilium tali sermone morari
Hostem, & sic bellum trahere sermone putauit,
Omnia versanti melior sententia visa est
Irruere, & finem extrêmo decernere ferro,
Hinc ait hoc frustra quæris, caussamq. morandi

Innectis,

Innectis, pectus suetum hoc torrere cruore
Hostili, & proprio si quis modus eripelætho,
Te, siquidem auxilium vano sermone moraris,
Talibus his dictis Francus exarsit in iras;
Sic ingratus? (ait) sic scommate pectus acerbas!
Et nostram irrides pietatem, atq. ingruit ense,
Illa ruit rursus, reuocatis ocius orsis
Incurrunt, fessos quatit æger anhelibus artus,
Non vis sed virtus vegetabat pectora laxa,
Qualis vt excepto facilis rota verbere currit
Velocem glomerans nullo motore laborem,
Amborum talis dextra, quæ concipit ictus,
Nunc etiam exanguis pergit, & vlnera vibrat
Et iam Rinaldus libratum dirigit ictum,
Namq. diu meditans hosti direxerat ensem,
Producit ferrum, pectus sortitur, & inter
Et scutum, & gladium mammarum turgida lora
Ingreditur nitens, hic viribus ensis inherens
Transegit costas, & candida pectora fregit,
Voluitur hinc virgo lætho, tergoq. dehiscit,
Deficere hinc sensit artus, se & ponere somno
Est tum visa sibi externo, subit illaq. imago,
Terror & ille in mentem, iubsa vrgentia pœnis
Tum veniunt, memori quare corde hæc ait hosti,
Hostis me in vestram, ascribe Hostis relligionem
Orantem veniam, æternis & suatrahe pænis,
Dum superest vita accelera, miserere ruentis,
Hæc inter Francus loris subtraxerat ensem,
Ecce autem sonitus affantis concutit aures,
Mulceri hinc sentit ignoto corda pauore,

Ignotum

Ignotum & quondam miserum penstringere pectus,
At quoniam callet dictum baptismatis omne,
Ocyus accepta lympha baptixat, & inde
Cælantem tollit galeam, vt spolia ampla referret,
Heu dolor, heu lacrimæ, vultum morientis, & ora
Ora medis cernit miris pallentia amatæ,
Pronus amans cædis se authorem conspicit ipsum,
Non sic gorgoneo stupuisset marmore quisquam,
Non sic brumali glacie structa vnda stetisset,
Ergo amens stat amans obstutu immobilis illo,
Nam subito ingenti obriguerunt corda dolore,
Illa oculos tollens instanti morte frementes
Officium agnoscit pietatis ab hoste, & amante,
Frigentemq. manum porgens vult reddere grates;
Coniugij atque animum potuit quo pinguore firmat,
Tandem supremo tactu degustat amantem,
Atque illum tangens morte contenta quieuit,
His tum experrectus oculos per singula voluit
Exuuiasq. hausit, sæui & monumenta doloris,
Torribilis tum in se rabiem, conuertit & iras,
Se incursans dictis his, tu qui vulnere Tarpeiam
Eripiare mihi? qui candida pectora rupsti?
Rinaldus pœnam scelerato sanguine sumet
Hoc dicens capulum terræ defigit, & aptat
Mucronem cordi, dixitq. nouissima verba
Incumbens morti, corpus exangue tuensq.,
Dulces heu quondam; tantus dolor occupat illum
Spectantem miseram; raptum vt dimittat arena
Præcipitem, & circum pallentem morte futura,
Subtrahit hinc morti; longe post tempore tandem
Cura


Cura experrectus peccati, actusq. timore
Agnouit facinus, quo sese vulnere in illo
Voluere in æternas pænas connixus, & inde
Cælesti grates custodi more referre
Incipit, horrendumq. scelus euoluere corde,
Exin & obstupidus tacita sub mente recursans
Quæ passus, quibus elapsus hinc inde periclis,
Vult nemus ignotum colere & se condere in vmbris,
Ergo errat siluas, & in hospita saxa, reuulsis
Illum infœlicem pascunt radicibus herbæ,
Decreuit siquidem humanos nil cernere vultus,
At quoniam ignarus quibus eiactetur in oris,
Et quo porgat iter, greßus via ducit inentes,
Post varias siluas post tot discrimina lucus;
Ecce autem immani obiectu sese extulit ingens
Hirsutum nemus, implicitis quod nigrigat vmbris,
Vndiq. miscentur rami, laberinthus inhorret,
Horrores inter nemorosos sibilat anguis,
Dulcisonant & carmen aues, sunt omnia mixta,
Non longe erumpit saxoso fornice flumen,
spumosis & fertur aguis, & gutture saxi,
Murmurat eructans amnem, qui vmbracula serpit
Surgentis nemoris vmbram altam in nubila late
Condentis, lunæ incedit sub luce maligna;
Ingreßus spectat se in quinos scindere fluctus
Erumpens flumen, quorum qui proprius ortui
In geminos sese riuos distinguit, & alter
Se reduci fluxu primam detorquet ad vndam,
Alter se leni stagnabat in æquore latum;
Purpureo interea surgens aurora cubili

Effundit

Effundit lumen radijs, & cuncta corusat,
Ille autem spectat ingentia brachia nodo
Stringere vas ingens, eructas gutture limpham,
Ingens quod senior diffusis more lacertis
Substinet incuruus, prona & ceruice debiscit,
Annososq. oculos squallenti lampade quaxat,
Contorrent capite, & barba cani, ille retorto
Aspectu intumidum miratur surgere fluctum,
Ceruleum & vitreo sese distinguere stagno,
In quo nec resceus phœbus, nec candida phebes
Obscurare valent natiuum lumen aquai,
Stelligerum exprimitur limphis hic vndiq. celum,
Nutat & adducto libratus pondere mundus
In geminans duplici redeuntes orbe choræas,
Ex primis sedenim riuis sese eximit vnus,
Est color huius aquæ flammæ candentis, & inter
Limphas spectares ceu pisces feruere flammas,
Sanauineosq. illis medijs ardere cometas,
Rinaldus stupuit primo conspexit vt orsu
Surgentes riuos, visi qui erumpere olimpo;
Hæc inter quoniam secum sub mente reuoluit
Quo voluet gressus, aut quo se flumine ferret
Conspicit ingentem ramum, quem soluerat ætas
E trunco illicio scissum procumbere ad amnem,
Protinus accedens vellit, & proijcit vndis
Inde ad surgentis conuersus limina solis
Ascensu superat, postquam constare repressum
Agnouit (Cruce prefata) dextra impulit ipsum,
Et baculo innitens vrget, quare inde per omnem

Tollitur

Tollitur, instantem prorumpens vnda secundat,
Ingressus tandem nemorosa vmbracula fontis
Ibat, & erranti motu stupefactus aquarum
Huc illuc oculos, huc ora ferebat & illuc,
Hic vultus spectare nouos, volucrumq., ferarumq.
Effigies florum vanas, immania serta,
Rerum monstra velut, ægroti aut somnia vana
Incipit, hinc iuuenis patitur se flumine duci
Per varios riuos, per tot discrimina sylua;



PIE-

PIETATIS CAROLI MAGNI

LIBER DECIMVSSESTVS.

ARGVMENTVM.

Rinaldus errat, ſoluit Camillam, occidit monſtrum ab illa docetur montem in ſomniorum, in ſomnis apparet Tarpeia,& oſtendit ſpectacula.



Amq. ferebatur fluuio, cum concutit aures
Concentus, qualis languentis limimine vitæ,
Quare qua ſummum deguſtabant ſonitum aures
Nixus torquet iter, tandem cum longius errat
Clareſcit ſonitus latæ ſub tegmina mirthi,
Ante oculos oritur languens religata puella,
Transluces candens corpus candore niuali,
Qualia Praxitalis candeſcunt marmore membra,
Tenditur inturgens latus, elongatur & ouo
In coſtam intumido femore qua educitur altum,
Contrabiturq. genu, tereti ſtant vndiq. forma

Artus

Artus educti, tibiarum & marmora viua,
Pulchrius ast pinguis pes consonat artubus ipsis,
Effigiem nam ouo, & giro prolongat, & arctat,
Namq. talo insurgens sinuatur pollice pulchro,
Et reliquos iuxta digitos inturgidus ouat,
Qui in rithmum pulchrum coeunt de more voluti,
Proh miserum hinc cernit arcentia vincula pulsus,
In tergum & nodis misere crudelibus actos,
Vinculaq. in tibijs nigrescere sæua tenellis,
Illa caput ponit humero, crinesq. fluentes,
Prostratæ & similis detortos sistit in artus,
Non secus ac pluuiæ decussus vt imbre papauer
Voluitur in se met, dimittens languidus ora,
Seu rosa ceruicem molis sub pondere pressa,
Hinc mammæ tenero minitantur pondere lactis
In terram, pallet summis rosa cana papillis;
Id sedenim cunctis quod candet pulchrius istis
Sunt tenero candore manus, vnguesq. nitentes
Nam palma e tereti pulsu qua educitur alba
Ouat in ob longum; in longum vngues orbibus ouant,
Nec vena excedens violat candoris honorem,
Nec iunctura tumens digitos, per singula voluit
Intentos oculos Rinaldus, & obstupet omne,
At non audet amare, neque protendere dextram,
Nam primo languet male sanus pectora casu,
Interea illa dolens oculos conuertit, & illum
Conspicit, & nullo valuit cælare rubore
Pallentes malas, femur at detorta recuruum,
Lumina quod potuit lachrimis cælauit obortis
Quod simul ac vidit Rinaldus talibus orsus.

Infœlix

Infœlix virgo, quæ te infortunia cogunt,
Cui tantum de te licuit, te exsoluere vnclis
Me iuuat, atq; scelus ducto decernere ferro
Infandi authoris, dictis his vincula rupit;
Te fidei te cerede nua tunc addidit ore,
Cui contra hæc virgo nõ hunc me credere vultum, &
Membrorum effigiem dubitanti pectore credas;
Rinaldus postquam exoluit, illam induit arma
longæ proiecta, hinc suspirans illa profatur,
Num quis te casus in mortem voluit iniquum?
Iam iam aderit monstrũ misera quod præda manebã
Ambos quod comedet, stupuit Rinaldus, & inquit
Quid monstri? audebo illi nam transfigere pectus,
Illa autem contra si præsens pectore virtus,
Siq; ea vis animi, Rinaldus protinus inquit
Stat monstro conferre manum, cymba excipit illam
His dictis, pariter patiuntur flumine ferri,
Iamq. propinquabunt nemori, ripamq. tenebant
Non longe intumido qua exuberat amne profundus
Fluctus, & in torto obscænum se voluit in æquor;
Ecce autem tunuda tremere omnia visa repente
Et fluctum mugire vnnis hinc inde reclusis,
Iam crebrius, crebriusq. fremit, iam tollitur vnna
In faciem montis, iam vndiq. & vndiq. surgens
Voluitur arboribus, frondesq. interstrepit altas,
Rinaldus summæ superat fastigia lauri,
Et iuxta virgo, & ramis sedere supremi,
Vix iam constiterant prima de more quiete,
Cum iugens exoritur serpẽs, & sese explicat immane
Aspicit hoc frendens virgo, Rinaldus & vna,

Monte quatit solida, monstrique horrentia menbra
Lumine lustrat, obitq; truci simul omnia visu,
Monstra vnũ in monstro, quibus os extenditur ingẽs,
Nam pellis late crustis horrebat ahenis
Quas circum paruis tot pullulat atra colubris,
Brachia nigra tument alis iactata sub altis,
Atque vndam euolunt fœdo implicitam contactu,
Os ingens qualis penitus vi terra dehiscens
Cum fracta vastæ caligat mole cauernæ;
Errant auulsi saxi scrabedine dentes,
Tenditur immanis lingua lugubre rubescens;
Ciclopis vasti inmorem sub fronte latebat
Lumen, & agrolico clipeo squalles citabæ num,
Squamosam caudam sinuabant flumina fluctu,
Laupada nigrantem Rinaldo id torquet, & ira
Arcana intumuit, obscena & inhorruit ora,
Complexu superat laurum, iam prendore morsu
Supernum tentat, iamq; arbore tenditur ingens,
Alterno & nodo gradientes dirigit harpas,
Quaxans fronte minas, constanti pectore firmus
Rinaldus spectans, læuam ramo alligat alto
Et dextram abducto meditans in vulnere librat,
Qua verber lætale ferat cum proprius illud,
Iam proprius propriusq; astans id dirigit harpam,
Et grauiter frendens linguis micat ore trisulcis,
Ille autem summis intorquet viribus ensem
Pronus, & hærentem sortitus cuspide dextram
Monstri, degustat non paruo vulnere carnem,
Arsit felle dolor serpentis, & eximit vltro
Alteram & abductam dũ summa harpagine librat

Dirigit

Dirigit in vultum ferientis, protinus ille
Maiori nixù propriorem vulnerat harpam,
Abscidit hinc truncam, medias & voluit in vndas,
Ingemuit monstrùm immanem dans ore voatum,
Et desperatis se assultibus eximit altum
Faucibus eructans saniem, fœdumq; venenum,
Tollitur in coelum huic saltu, sinuatur, & instans
Inde cadens tumido conuersus voluitur amne,
Tandem connixùm patulo sese eximit ore,
Et saltu ingenti ramum sortitur, & hesit
Complexu, inuisum & proprius nanciscitur hostem,
Ergo os intorquet reliqua nam nititur harpa,
Et iam prensabat talos, tibiasq; sedentis,
Ille autem vibrans supremis viribus ictum
Exclamat Iesù, simul hæc, simul intonat ense,
Et monstri instantis sortitur vulnere lumen,
Et totum immergit lugubrem in lampada ferrum,
Spargitur hinc monstrum sanie, fusoq; veneno,
Nigrantemq; fremens animam vomit ore cruento;
At Caudam extollens in verbera percutit hostem,
Inscius ille ictus præceps euoluitur, exin
Connixus pedibus hæsit, ramoq; pependit,
Panditur interea monstrum, membrisq. solutis
Concidit immane, totoq; extenditur amne,
Intepuit nigro tunc vnda cruenta veneno
Inquit sanie, tunc fluctus inhorruit vnnas
Rinaldus victor oculos ad sidera lætus
Extulit, & duplici palma persoluere grates
Incipit, & stupido sub pectore voluere casum
Demum oculos volens pallentia virginis ora

 Aspicit,

Aspicit, atque prior placido sic incipit ore,
Vidistin sanctum nomen quid praestat iniquo
Mi peccatori, quid iusto? languida virgo
Haec contra agnosco, at captemus more quietem,
Spondeo nam in talem me ascribere relligionem,
Talibus his dictis descendunt culmine carum
Depurat ferrum sanie Rinaldus, & herbis
Tur quater abstergit, euadunt flumina tandem;
Et longe aspiciunt nonnullas surgere tennas,
Illic agnoscunt gentem, queis viuere siluis
Est curae, & mitem per pascua ducere vitam
Hospitium spondent illi, succedere tectis
Tunc ambo incipiunt flectentes sedibus artus;
At postquam placidae captarunt dona quietis;
Rinaldus fatur mihi dic ab origine casum.
Virgo praecor tantum; nam feruet corde cupido,
Accepit dicta lacrimis tum languida virgo,
Languentesq. genas suffusit moesta rubore,
Indum sanguineo veluti distinxerit ostro
Si quis ebur, tandem dictis his ora resoluit,
Carcere contextae qualis philomena syringhae
Amissos lugens foetus, nidunq. relictum;
Insleti vt primis infans vestigia plantis
Has palmas iaculis oneraui, terga humerosq.
Armis, sic vixi sola contenta Diana,
Cum tandem incaluit pectus, & robora neruis
Constarunt, ausiq. viris concurrere virgo,
Et colui intemeratae virginitatis amorem,
Forte die placido mulcebam languida somno
Pectora cum fuerant iam pralia nocte dicempta.

Romanos

Romanos inter, francosq. vt dona soporis.
Concepi, ante oculos insomnis venit imago
Armati iuuenis fluentia tempora nudi,
Pulchrius haud quicquam vidi, miserabile quondam
Præportans, pulchrum misero fit pulchrius illo,
Suspirans, fessoq. trahens e corde dolores
Visus adesse mihi, largoq. hæc fundere fletu
Volue oculos mea diua tuos me conspice amantem,
Heu miserum nostris quis nam te amplexibus arcet?
Virginitas, & sæuus honor, quæ coniuge tanto,
Deiectam seruant, iusta & connubia tollunt,
Sit pietas cordi miserere indigna ferentis,
insomnis dolui, incaluit tum pectus amore,
Heu mihi qualis erat, quem non flexisset amantem?
Heu mihi qualis erat? vltro flens ipsa videbar
Compellare virũ, & miserantem hanc promere vocẽ,
Flos æquitum errantum fare quæ causa serenos
Foedauit vultus? gemitus lachrimabilis imo
Tum visus reddi ex corde, atq. is talibus orsus,
Quid miserum o virgo laceras? miserere frementis,
Dextram concedas, nam te in connubia posco,
Quid sim, testetur cernis quantum instar in ore,
Insomnes oculos mihi visa ibi voluere & ipsum
Lustrare, vnde datæ prænsanti pignore dextæ
Coniugium firmo, coniunxit foedus amantes,
Hinc surgo amplectens, captarem vt brachia sponsi,
Ille autem ante oculos tenues euasit in auras,
Hinc somno excutior, nec qua vi tendere in illum
Nec quo me eripiam cerno, fremuere dolores,
Hinc languens erro per amica silentia siluæ,

Et quacunque aliquem video exhorrescere lucum
Ingredior, somnosq; petens insomnia quaero,
Illic forte die captabam dona soporis,
Cum siluestris homo venit, somnoq; sepultam
Aggreditur, fidum capiti subducit & ensem,
Et clypeum, manicbis religans me protinus illis;
Experrecta fremo vanis connixa lacertis,
Ille abiens inquit serpentis preda maligni
Vincta manes, dictis his sese condidit vnbris,
Subiungit virgo sum nomine dicta Camilla;
At tu fare tuo quid sit miserabile in ore,
Suspirans, imoq; trahens e corde dolores
Rinaldus memorat nimium lacrimabile funus,
Tarpeiae, & miseri dura infortunia amoris,
Demum addit vtinam insomnis veniret imago
Quo saltem simili possem gaudere dolore,
Tum contra virgo dictis his ora resoluit,
Longe Orientale hoc latus est cristallina porta
Ante ortum lucis reserari sueta rubentem,
Ex hac exiliunt insomnia vera supremum
Illum tu montem supera, & digito indicat illum
Conspicuum aureolis sertis, illic pete somnos
Namq; illic dabitur forsan contingere somno
Amissam sponsam, atq; audire & reddere voces
His dictis sunt curae emotae, & corda quierunt
Rinaldi, ad varias se egerunt protinus oras,
Virgo fidem acciperet quo pactae relligionis,
Francus quo superet fastigia montis eoi,
Quo somnos peteret, rerum hic miracula flectat,
Conspicuos flores auro distinguere frondes,

Quae

Quæ postquam stupuit iuuenis sub tegmine lauri
Procubuit, placidamq; accepit pectore noctem,
Ecce autem insomnis stellato se aurea cursu
Nox præfert,(iuuenis miratur noctis honores,)
Quæ æstiuo lætum spargebat frigore coelum,
Candida quo sueta est magni Titonis amica
Confusi insomnij diffusum abducere velum,
Ecce autem similis quaxanti sidera curru
Virgo coronata gemmis affulsit cois
Atq; illam dextram tantis quæ fleta querelis
Rinaldo ipsum affans, imo & suspiria ducens
Porrigit his dictis, cognoscis ne ora, manusq;
Illæ, quam tanto crudelem nomine dixti?
Obstupuit iuuenis, obtutu & dirrigit ora
Fixa vago, virgo aspiciens tunc suscipit illum
Dextræ acto nodo, & ducit sub tegmina fagi,
An ego cognoscam fulgentia lumina poscis?
Corde expressa meo, desiderioque coæua?
Si viuo agnosco sed quid magnum instar in ore
Te a primo obiectu mutat quis spiritus ingens
Verane te facies insomnis vel tulit error?
An viuis an visa nitesi ea talia contra,
Viuo equidem, vitamq; æterna per omnia duco,
Viuo equidem, miser ipse iaces, sub mole iacebis
Corporis, extrema donec te exoluerit hora,
At breue sat tempus, nostra vltro longa cupido,
Quare attende tibi mittens de corde dolores.
O dulcis coniux dilecta coniugis omnes
Pelle precor lachrimas non hac sine numine summo,
Ille hac, fare precor membris exoluier istis

An aurum, an pœnis horrens crudelibus est quid?
Contra illa errantes turbas, sique inscia vulga
Sectaris, fidei illorum si congeris vllam,
Vltro erit, vt dixti, quod si ratione rependis
Si expertæ credis, veram nunc accipe mentem,
Mors est effugium membrorum e carcere tetro,
Horrentes cuius tenebras agnoscere quisquam
Non potis est, nisi liber erit conpagibus, exin
Quæ mea tu tanto fœdasti flumina planctu
Iamdudum, si cognosses quæ gaudia sunt mi,
Vltro hilaris tua vita foret, dum talia fatur
Cœlo flagrantes oculos immota tenebat,
Atq; hinc obuersa effatur, o vulnera cara
O dulce fumus, quo viuo æterna beata,
At tibi supremæ pietatis more ministro
Omnipotens genitor, pietatis me esse ministram.
Eligit, alterius quo te exoluam turbine mentis,
Namque tibi ostendam vasti spectacula mundi,
Quo noscas quantos humana negotia motus,
Alternasq. vices miscent, quisue exitus illis,
Queis demum notis iuuet indulgere labori,
Seruitioq. Dei, reliquum traducere vitæ,
Te ad campum referens, errorum & vana relinques;
Vix hæc, cum ante oculos iuuenis expanditur ingens
Aequor, & immensæ scenæ clarescit in orbe,
Nam circum moles, late vndiq; & vndiq; surgunt,
Queis visus mundus sese exoluisse theatro,
At qua se occasum phœbus contorquet ad imum
Est visum solio capitoli nobile saxum,
Stant æquor circum turres, molesq; superbæ,

Et

Et iuxta Oceani fluctus, & lignea tecta,
Rinaldus mirans oculos per singula voluit,
Et quicquid pompæ, fuci, fastusq. superbi
Est potis, agnoscit scenam consistere in ingentem,
Hinc illæ obuersus fatur, dic candida virgo
Quæ moles? illa hinc suspirans talia fatur,
Hic est quem mundum, sunt hæc quæ grandia dicũt;
Exin clarescet qualis ferat exitus omne,
Rebus quanta fiet, & perdita cura caducis,
Ecce autem obiectu confuso panditur ingens
Agmen, sublimes pompas in nubila condens,
Timpana & æra tonant, distenditur æquore toto
Ingenti fuco productus namq. triumphus,
Turmarum in morem pompa & distinguitur æqua



PIE:

PIETATIS CAROLI MAGNI

LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

ARGVMENTVM.

VIsis ſpectaculis Rinaldus redit ad Campum & docet dicta ſenis, Guido & Ariodans eunt viſuri Aglantem, Carolus iubet caſtra parari ſed non poteſt.



AEC inter ſpectat Pauonem mole ſuperbum
Ingenti, currum ductis exponere membris.
Et pauo currus, currus & pauo videtur,
Pauonis vaſta conuoluitur Iride cauda,
Atque locum ſedis faſtu ergit verſicolore,
Subiunctæ pedibus lapſus ſtant more rotarum,
Fului hunc ſomnipedes ſpirantes naribus ignem
Quattuor educunt, auram quatit vngula fulgens,
In ſolio caudæ ſublimis ſede ſedebat
Ingens bellator, effulgent oris honores,

Pauonis sedenim collum qua ceruleum ardet
Stat senior libro insidens, quem sede coruscat
Insignem canis, & equorum hic stringit habenas,
Quem circum effusis sinuant insignibus auræ
Vrbes vastatas prostrata atque agmina', in vlnis
Late euoluuntur spolia, captiuaq. vestis,
Quare ingens latum producit pompa triumphum,
At circum prima florescens pubbe iuuentus
Fertur equis, cristas & inhorret versicolores,
Conspicui atq. armis capita inter nubila condit,
Obuersus fatur iuuenis, si dicere fas est,
Dic virgo excipiet quæ tantas regia pompas?
Et quid iter, quo se fert tanta mole triumphus?
Subrisit miserans virgo, atque hæc addit ore,
Hah quorsum dicam non credes, qualia claustra,
Sublimes maneat, iam iam miserabere siste,
Obstupuit Rinaldus, dicta & corde recursans
Obtutu tenet ora vago, & dum mente moratur
Diffusis pompis capitoli ad nobile saxum
Fasti deueniunt, paucaq. quiete morantur
Lætantes, subitaq. frui dulcedine visi,
Extemplo pergunt iterato more triumpho
Extremum ad saxum, qua horrescunt æquora sylua,
Hirsuta, & vastis planum caligat in vmbris,
Quod longe lucus antro nocturnus inhorret,
Ecce autem properant ingenti mole triumphi,
Vt proprius adsunt mirum & mirabile dictu
Præcipites sese fluuiorum more reducunt
In lucum, atque ingens celeres voluuntur in antrum
Obstupuit miro iuuenis concussus acerbo,

Atque

Atque ait o virgo quanam dementia pellit
Pracipites, contra cui virgo talibus orsa,
Quare age tolle oculos, & conspice terga prementem
Distorsit vultum iuuenis, & conspicit ingens
Ossibus nitextum monstrum, sine carne furescens
Portento simile, atque immani mole coruscum,
Falcem continuo quod ductam vulnere tollit
Et vaga terga premit fugientum, vrgetq. fatigans,
Donec pracipites illi voluantur in antrum,
Hæc vbi cospexit iuuenis per singula voluens
Perculsos oculos, obtutu ardentius illo
Cæca nigrantem spectat formidine syluam,
Hic vermes paribus depasci morsibus omnem
Et serui, & Regis carnem, mors nescia qualis,
Tum virgo incepit super his, hoc adhibe firmo
Exemplum corde, infœlix qui ponit in vlla
Re spem mortali, sed quis non ponit, at inde
Si se deceptum, si lusum nouerit vltro
Iure quidem, o stulti quæ vos dementia pellit
Cogere opes fugientes, aurum instabile, honoresq.
Ignaros vobiscum sæcula longa morari?
Et dubitatis adhuc sic vos prodire met ipsos?
Furari tempus charitati, atque emere pænas
Æternas, vitæ hospitium quo nocte moramni
Vna, quid tanto aulearum sternitis, exin
O miseri ignotum cur tanta est cura nepotum?
Auditis iuuenes spectaclum mente recursat
Humanæ agnoscens, quæ sit dementia curæ;
Ipse sui grauiter miserans sic ore loquutus
Virgo nunc quoniam sub vero lumine ceruo

Hoc

Hoc quicquid mundi, mundum nosco esse theatrum,
Istrio cui gens est, tragicas quæ agit vndiq. scenas,
Nunc regem induta carne & nunc pectora serui,
Illis exuier tandem ceu vestibus omnes,
Atque omnes vno pariter se voluere fine;
Cui contra hæc virgo inquit, nondum tragediã omnẽ
Humanæ vitæ vidisti, lumina volue,
Ecce autem ante oculos sublimis fulgeti mago
Virginis, os habitumq. gerens, nodantur in aurum
Cui fului crines, & flauo vertice torrent,
Virginis arma ferens, sinuabant flumine vostes,
Casmillæ similis, similis seu Pentesileæ,
Membrorum effigie præfert, & frontis honore
Virtutem, at virtus pulchro fit pulchrior ore,
Palladis vt sydeus cælo cum fulget eoo,
Dextra tubam quaxat clauarum more nitentem,
Vtroq. ex humero surgunt alæ, explicat æquas
Quas plumarum ordo, currus cedro, atque cupresso
Contextus, late fulgent expressa trophæis
Scuta, enses, galeæ, clypei, tibialita, crystæ,
Librorum hic serie: pandit se mole trophæi,
Currus lora trahit horrenti corpore monstrum,
Mandens fræna, vagis perstrinctum pectora nodis,
Aligerum monstrum, cuius quot corpore plumæ,
Tot vigiles oculi, linguæ q., tot ora, tot aures,
Estq. cicalæ altum caput, & pernicibus alis
Omnia lustrans, prætexens mendacia veris,
Rinaldus stupuit confusus imagine monstri,
Atque ait o virgo quid monstri hoc tenditur ingens,
Cui virgo monstrum hoc francarum maxima rerum

Perni-

Pernicies, sedenim properat iam maximus vltor
Aglans, qui aduentu late illud sternet arenæ,
Hoc Caroli decus & proles, & gloria prolis
Henricus quartus fatali vulnere perdet,
Tartareũ in claustrum tumulatum voluet & ipsud
Exquo non illi dabitur exire potestas,
Exin Rinaldus currum meditatur ouantem,
Interea pulchra bellatrix vecta trophæo
Venerat ad filuam, vastiq. horroris ad antrum,
Cui simul ac hilaris proprius affulsit adhærens,
Ore tubam captat, flatus atque ingerit ore,
Intonuit tuba, cuncta sonum recinere theatra;
Ecce autem quales sub primi lumina solis
Erumpuut stabulis pecudes, atque æquora complent
Antro exhorrenti gens vndiq. & vndiq. surgit,
Gens, quam præcipitem monstri falx pallida duxit,
Adq. tubæ sonitum læta æquore tenditur ingens
Virginis hinc spolia excepit, atque ordine læto
Induta huc illuc fulgentia dona coruscat,
Ocyus extruitur sublimi mole triumphus,
Et bellatricem late sectantur ouantem,
Atque peregrino per vasta theatra triumpho
Voluitur, & læto spatiatur maxima fastu,
Rinaldus mirans quos dudum corde misertus
Vastatos monstro rursus expandere pompas
Obuersus illæ fatur surgere sub antro
Immersi monstro, quæ tanta potentia? virgo
Contra hæc, ad sonitus illius surgere fas est
E morte, atq. illustre potis est viuier æuum
Miratur iuuenis iactatos nuper honores,

Et

Et spolia in primam rursus reuoluta figuram,
Talia miranti virgo super incipiet ore,
Heu frustra infœlix spem turbidus hauris inanem
Vitæ, nam in funus voluet hæc sæuior hostis,
Tunc spes nulla fugæ, tunc nulla ex ire potestas,
Iam sæuum properat, monstroq. horrentius vnum
Tendit iter cursu, cuncta hæc quæ grandia spectas
Agnosces tenues subito vanescere in auras,
Nimborum in morem, volucriq. simillima somno,
Vix hæc ediderat iuuenis, cum conspicit ora
Longæui qualem prisci dixere Charontem,
Est senior, qui se annorum sub pondere versat,
Ceruleos oculos ardenti lampade quaxans,
Torribilis squallore furens, cui vertice, mento
Et cilijs inculta iacet, & torret ad aluum
Canities, fœdam in massam nodatur amictus,
Sordidus, eq. humero dependet, læua coruscat
Ingenti clipeo minitantis gogonis ora,
Et clauæ in morem nodosam dextra cupressum
Curru inuectus adest, spirantes naribus ignem
Sonnipedes quatuor celeri quem flamine ducunt,
Ambrosiæ sucis pasti, nitet aureus axis,
Vulcani artis opus gemmis micat igne trisulcis,
Auriga est phœbus, vix contigit æquora currus,
Cum senior vibrans adducto verbere clauam
Omnia prosternit late, vastatq ruina,
Protendit scutum offensis hinc protinus illis,
Qui bellatricem sectantur in orbe trophæi,
Ante omnes virgo languescens iuduit ora
In marmor, marmor sabiem sese induit ipsum,
Obliquere

Obriguere omnes, tenduntnr corpora saxis,
Effigies tenues visa vanescere in auras,
Et vix tantarum rerum vestigia restant;
Ingentem stupuit iuuenis, miserumq. triumphum,
Atque illis similis obtutu sistit in illo,
Tum virgo incepit super his,quid vita quid hæc est
Nostra dies vnus biemalis nubibus horrens,
O quæ spes miseros mortales fallit, oberant
Ignari ad mortem ducti caligine mundi,
Hinc iuuenis animos demissus, cordaq. pressas,
Obtutu tenet ora illo, nec tollere vocem
Optat, languentem virgo tum voce lacessit
Nosti iam verum, iam cælum lumine lustra,
Et ne te tacitum tantus dolor ædat, at ille,
Vix oculos tollit, vix audet cernere quicquam,
Aspiciens demum sublato lumine cælum,
Cælestes spectat distincta noctis honores,
Tum fatur late,labunctur si omniu lætho,
Quæ cælum ducit, celere voluentibus annis;
Post tantos orbes, quo tandem fine quiescent?
Dum secum hæc iuuenis mouet alta mene reposta,
Virginem & affatur, dubijs vrgetur iniquis,
Huic virgo placidis dictis conuersa profatur,
Tolle oculos, iuuenis flagrantia lumina tollit
Conspicit hinc mūdum æterno, atq. immobili in æuo,
Et solem, & cœlum vastato exoluier orbe,
Hinc voluti ex Chao, ex mūdo hoc cōsurgere mundū
Conspicuum, atque nouo se ingentem pandere astu,
Tunc æui in solio diuinam fulgere lucem
Spectabat iuuenis, radios sed ferre nequibat

Cuius

Cuius splenderis, fuci, & pompæ ergo videntur
Spectata pompa & fastus & lumina solis
Horrentes tenebræ, mœstiq. insomnia vana,
Spectabat iuuenis, radios sed ferre nequibat,
Et tantum accipere flagranti pectore numen,
Virgo oculos cælo fixos immota tenebat
Lumine contingens, quæ humano lumine non fas,
Sæpius hinc iuueni fatur vaga numina cerne,
Ille autem vultum geminas dimittit in vlnas
Tunc virgo fatur surgens aurora cubile
Quaxat cerne diem, venit vt cedamus eoo,
Errores pone, ad campum te pectore firmo
Duc, sed speluncam dextra pete, nam seniorem
Offendes, tibi nam arma parat erepta draconi,
Acrior ad bellum vt redeas, tu iubsa capesse
Illius, Aglantem ad campum; namq. ille reducet,
His dictis abijt surgenti condita luce,
Ille experrectus spectacula mente recursat,
Atque abit obtutu semper defixus in illo,
Tandem deuenit, qua ingens spelunca dehiscit
Insurgens montis dorso, cum limina tangit
Longæuum cernit, venerans hinc frontis honorem
Sistit, at ille prior placido sic ore loquutus,
Agnosco effigiem Amonis, vultumq. recordor
Ipsius es soboles victorem fama draconis
Te tulit, arma illo construxi tergore cerne
Rinaldus oculos voluens per singula lætus
Miratur, dulcemq. premit sub pectore gustum,
Tunc addit senior rectum te dirige campo,

 Iactatum

Iactatum & Carolum tantarum turbine rerum
Spe foue, & Aglantem venturum edice, u ibi nam
Est cura, at mittat Lisuratis qui attulit ensem,
Is reducem ducet illum, tu dirige notam
Per syluam, acceptis iubsis volat ocyus ille
Nec responsa dedit, sic iubsa capessere gestit,
Per varios casus, per tot discrimina syluæ
Illum introgressum Carolus conspexit, & inquit
Iam noua cuncta fient, vetera atque oblita recedant,
Cui iuuenis multo suffundens ora rubore
Successum narrat, Carolus spem concipit, vnde
Muniri castra iubsit, trabibusq. reductis
Innecti rursus muros, quos sedulus ignis
Strauerat, Aglantem siquidem iam corde moratur
Læto venturum, curam de pectore iniquam
Mittit, tendere iter qua iam decreuerat vltro,
Hinc læti cuncti, recalent spe frigida corda,
Atque redit virtus; Guidonem hinc expedit orsui,
Ariodans cui se socium, comitemq. laborum
Addidit, accipiunt ambo discrimina stratæ
Ex Rinaldo, ardent quare contendere cursu,
Amon at interea dimittit more ministros
Vicinam ad siluam, siluam petiere magistri
Vt ligna extuerent, subitus tum concutit horror
Astantes proprius, pedibusq. tremiscere cuncti
Incipiunt, ignotum & claudere corde timorem,
Tum ficta ante oculos visa est horrere chimera,
Et cunctis speciosa illic portenta minari,
Intremuere omnes, horrentesq. ora tenebant,
Ignari causæ, ignari propriijq. timoris,

Ergo

Ergo pedes turmæ multo cum horrore reflectunt,
Dumq. nouum narrant, oculis signantur, & exin
Rex fortes auimos primis exponit in illis,
Hiq. abeunt primi, vix summo incurrere visu
Incipiunt siluæ, galidus timor occupat ora
Cum subitus, pressitq. animos, sed conscia virtus
Languentes vegetans armabat pectora in vmbras,
Quare vltro incædunt spinosum corde prementes
Horrorem, proprius iam formidata capessunt
Aequora, tum subitis submugit terra ruinis,
Sub pedibus horrere solum, iuga cuncta moueri,
Obscæniq. canes visi vlulare per antra,
Armorum & sonitus toto crudescere cælo,
Tum demum intumida penitu vi terra dehiscens
Infernas reserare vmbras, horrescere cuncta,
Prodigijs, simulacra modis pallentia miris;
Serpentum sonitus, tunc vndiq. & vndiq. frendunt
Hi trepidare metu, pedibus petere atque salutem
Incipiunt, positis animis, atque orsa retractant,
Hinc adeunt Carolum balantiq. timore frementes
Sistunt, & longis singultibus ilia pulsant,
Tum prudens Carolus dubijs iactatur iniquis
Multa super siluam rogitans, super horrida multa,
Atque ea dum secum stupido sermone serebant
Deginaldus erat, qui horrores vt bibit aure
Soluitur in risum, dictis mordacibus illos
Pungit, & vt potuit has promit pectore voces,
Est hic est animus laruæ contemptor, & vmbræ,
Non secus ac hostis, laruæ num prælia miscent,
Numquid tela gerunt, martem clipeoq. lacessunt,

N 2 *Deside*

Deside proterrent laruæ, qui deside torpent
Hæc fatus veniam franco e duce protinus orat,
Acceptaq. furit, silua huic horroribus obstat,
Et iam corda tremunt, instat non segnius ille,
Firmasset proprius frutices vistigia iam tum,
Ni subito insergens fremitu vaga flamma ruisset,
Ardentiq. omnes straxet munimine ramos
Montanis circum hinc castellis panditur ingens,
Et ducta elongant se propugnacula flamma,
Ignitas inter pimnas iam monstra videntur
Agmine disposito, atque ardere minantibus iris,
Friguit hinc cor pergentis, timor ossa fatigat,
Horrore quare ille agitur, verum improbus ira
Asper acerba tuens retro reflexus abibat:
Portentis nimium concussus pectus, at exin
Agnouit sese pauitantem, & dira frementem,
Tunc nec contigi patitur se lumine claro
Nec vultum potuit torquere hinc inde rogatum,
A Duce quæsitus se condit, sentijt illud
Tum prudens Carolus, maiori horrescere miro
Incipit, & magnis curarum voluter vndis
Hinc omnes tentant pariter, redeuntq. pauentes,



PIE-

PIETATIS CAROLI MAGNI
LIBER DECIMVSOCTAVVS.



ARGVMENTVM.

Rinaldus tentat syluam,& expulsus horrore cedit, æstus furit, Carolus precibus pluuias obtinet, Guido & Ariodans ingrediutur sebetum inde a longæuo ediscunt errores Aglantis.



NTEREA fundit lucem ter phœ fundit eoo,
Interea tenebras fundit terq. oceano nox,
Tandem Rinaldum Carolus demisit vt vmbras
Tentaret, quamuis languescat pectore toto,
Extenuata gerens tanti vestigia casus,
Attamen vt duris poscit sibi rebus egestas
Tendit iter, Caroli Magni præcepta capessens,
Postquam iam proprius horrori sufficit illo,
Ingreditur, monstrum varios bibit aure voatus
Pergenti interea si quis sese ingerit horror,

Ocyus ingenti expulsus virtute fugatur,
Iamq. vltro incendens monstro consurgere moles
Flamma visa sibi, & muros producere flamma,
Atque omnem siluam late considere in ignes,
Et circum agminibus pariter horrentia monstra,
Tum secum, quæ me virtus, quæ dextera monstris
Defensum dabit, & flammis? de corpore mittam
Nequicquam prudens animam sub tanta pericla,
Et quorsum in certam tento me voluere mortem?
Qua ramum excindam, flammis nil castra parātur,
Cui nunc emoriar? sed quid me dignius inquam
Exponet morti, quam quod tot fortia corda
Reiecit, Carolum ne ipsum obiectare periclo
Num malo, ille etenim nec syluis sperat ab vllis
Matereim, vtq. decet tantum non linquet inausum,
His dictis ardens generoso feruidus orsu
Se signat cruce, tum in medium sese eximit ignem.
Voluitur in flammas medius, & fluctuat igne,
At nihil ardoris patitur, vanescit in auras
Portentum siquidem subito, nec restat imago
Extemplo silua horrescens vmbra iucubat, exin
Pallescit, mox sese & in aera purgat apertum,
Obstupuit primo aspectu, non territus hæsit
Rinaldus, animisq. instat audentibus vltro,
Hinc faciles pergit gressus, atque omnia lustrat,
Materiem querens moli, via ducit inertem
Aequor ad extentum, quod nulla exasperat herba,
At medio insurgit capud inter nubila condens
Alta cupressus, iter tunc illic pergit, & illam
Carmine signatam agnoscit, Aegiptia moles

Visa

Visa hinc, seu scripto surgentia saxa sepulchro
O quicunq. sies, qui mortis claustra pererras,
Sit pietas cordi, miseris iam parce sepultis,
Nullum cum victis certamen, & ætere cassis,
Vulneribus parcas scelerare hæc culmina, parce
Ramorumq. umbris, defunctum umbracula sola,
Ne miseris umbram eripias frigentibus unam,
Talia dum religit, & sensum mente recursat,
Frondosos inter ramos fremitare querentem
Auram, & confusis concentum quæstubus æquum,
(Sed fremere) aure bibit humani more doloris,
Tunc illi ignotus pertentat pectora terror,
Ante animum ignotæ atque astat pietatis imago
Ille autem haud curans vibrato vulnerat ense
Corticem, & abscisso soluuntur sanguine rores,
Et truncum tabo maculat, tum frigidus horror
Illum perturbat, quaxat stupor anxius illum,
Non tamen bis hæsit, sed contra audentius ictu
Ingeminans, causas gestit tentare latentes,
Maiori at postquam nixu sublatus in ictum
Altius insurgit, gemitus lachrimabilis imo
E trunco auditur, quæstu qui hoc fertur ad aures,
Quid miseram Rinalde petis, & lumine cassam,
Parce pium scelerare nemus, tu pectore amantis
Erepsti vitam, laceras nunc vulnere corpus, (tis,
Corpus quod trũcũ, est quod truncũ est corpus aman-
Materiem moli ipse feres, quid perfide speras;
Hi concussus amans pæna exhorrere recenti
Incipit, hinc gelidus coit in præcordia sanguis,
Is mœrori demum concussus corda dolore,

Amplius haud tantum potuit perferre pauorem,
Tum veluti somno languentia membra solutus
Intepuit, voluitq. mori, nec ferre laborem
Armorum valuit, languentem pendera dextram
Excludunt, hinc laxus humi deuoluitu ensis,
Nec minus ante oculos miseræ insistebat imago
Crudelem tabem, tractataq. pectora ferro
Nudans, externas & visa iterare dolores,
Hinc celerare fugam incepit insueta fremendo,
Quare illud pectus, quod iam non ulla mouebant
Tela, nec aduerso glomeratæ ex agmine turmæ,
Quem nec edax ignis, nec monstra horrentia tanta,
Nunc fugit e larua, tremitansq. fugatur amore,
Elapsum fugiens non longe repperit ensem.
Tum nil contra ausus, Carolum sed languidus ipsum
Vltro adit, & pauitans ex ordine cuncta rependit,
Quæ vidit, quæ ausus, quæ passus, quoue fugatus,
Talibus insiluit dictis, Rex fluctuat æstu
Curarum dubia & secum sub mente reuoluit
An deceat tantis sese obiectare periclis,
Conciliun acciri, & seniores more vocari
Imperat, atque patres queis est permissa potestas
Aeternis veniam orantes excluere pænis;
Interea cancri ingreditur sol flammeus astra,
Syderei hinc ardent mixtis fornacibus ignes,
Sidera sæua fremunt & ructant follibus auras,
Et grauiter validis vaporibus ingruit æstus,
Flatus hinc hominũ & pecudũ grauis æstus biulcat,
Infæstoq. halitu vultus, atque ora fatigat,
Nec sol ex oritur, visus ni ardere cometa

Sangui-

Sanguineo lugubre rubens, nec cedit olympo
Quin sese reduci venturum præferat ira,
Cumque alto radios vibrat deponere vultum
Spectabant herbas, languenti quærere & ore
Humorem, arenti & gestu præferre dolorem,
At cum nox fusis cœlum complectitur alis
Nequicquam humescunt vmbræ, sed corruere iris
Spectares stellas, & se se voluere in ignes
Arida nequicquam permulcet pectora somnus,
Nec reficit laxos, languentia conspice membra
Corruere, assidui quæ nec tormenta laboris,
Eualuere vlla, nec vulnera adacta, nec æris
Stat sonipes posita lentus ceruice dehiscens,
Queis quondā saltans, trepidus nunc cruribus instat,
Omnia sunt strages sitis, vndiq. & vndiq. strata,
Si quisquam argentum stagnari fonte liquescens,
Seu lynphæ lusus saxo conspexit amoeno,
Huic cura hæc menti preset, & dulcia pandens
Materiem obiectui, atque obiectum sufficit ansa
Humorem fictum exaurit tum vana cupido,
Vnde elusa suas rursus exardet in iras,
Atque ea dum circum lato clangore feruntur,
Magnanimus Carolus curis iactatur iniquis,
Quid faceret? quo sæua æstate exire licebit?
Ipsius at grauior quatiebat anhelitus artus,
Regale siquidem pectus magis ansa premebat
Quod cum Rinaldus cernit, miseratus in antrum
Descendit, peragrans casu nam reperit illum,
Hic lynpham eluto captauit vase recuruo,
Exultansq. tulit intentis omnibus ipso,

Acce-

Accepit Carolus, labris admouit, at inde
Obuersus fatur satis est hoc omnibus vnda?
Non certe, bis dictis munus proiecit arenæ,
Etiam, iamq. magis æstus crudescit inhorrens,
Imperat hinc Carolus effundi vota, precesq.
Ipse autem primus duplicato poplite sistit,
Procubuere omnes, onerantq. altaria votis,
Ipse autem paucis precibus hæc corde prefatur.
Omnipotens genitor scimus nos crimine tales,
Da pater omnipotens pluuias, tua sola voluntas
At fiat, non ignaro vt nos corde rogamus
Vos sancti, & sanctæ, tuq. o sanctissima virgo
Filia sponsa parens, pro peccatoribus ora,
Vix hæc ediderat, cum nubibus horruit aer,
Intumidus, vasti prætexunt aera nimbi,
Cælatur phoebus capud altum in nubila condens,
Omnia precipites late soluuntur in imbres,
Tempestas sine more furit, furit æthere toto
Turbidus imber aqua, crebris micat ignibus æther,
Inpletur tellus, sitientes frondibus herbæ
Humorem sugunt, potant arentia saxa,
Tunc omnes pluuiam læto clamore salutant,
Erumpunt castris, charo perfundier imbre
Vsque iuuat, alÿ patulo ore cadentia captant
Flumina, & in medio iuuat vsq. morarier imbre,
Cuncta vigorantur, redeunt humeriq. manusq.
In primas vires, adolent humoribus artus,
Humida iam cunctas pertentant gaudia mentes,
Et tandem pluuijs sedatis lumina phoebus
Eximit, atque diem iucunda luce coruscat,

Inte-

Interea Ariodans, & Guido lucis in ortu
Venere ad flumen, quod torrente intumet alto
Sebetus dictum vesuuij montis ad oras,
Quare hæserunt cuntantes, & pectore voluunt
Qua superent, ecce autem oritur cunctantibus illis
Longæuus quidam, venerandus frontis honore,
Albet barba, oculis effulget cerulus actis,
Huic fagus canos contexta fronde coronat,
Carbasus & fuso corpus celabat amictu,
Cæruleam hic dextra virgam quatit, æstuat vnda
Ad sibilum, in montis faciem dextra atque sinistra
Constitit, hic gressu reliquam superambulat vndam,
Mirantesq. petens superato flumine fatur
Errantes equites nosco vestra ora, manusq.
Et francas vestes, credo Rinaldus adegit,
Edocuitq. viam, Aglantem quo reddere castris;
At iuuet interdum speluncas visere nostras,
Ceruleum & solium, genitricis & humida regna,
Illi nil contra longæui at dicta capessunt,
Ille autem iubet alta simul discedere late
Flumina, quo errantes se ferrent gressibus aptis,
Accepit tunc vnda sinu, voluitq; sub antrum
Ingressos, quare ante oculos spelunca dehiscit
Caligans antro, atque horrens sonitantibus vndis,
Ibant obscuri quales sub lumine lunæ,
Ingentem & motum late miruntur aquarum,
Humentem solium, Neptuni & cærula sceptra,
Stant variæ comitum facies, atque humida turba,
Longæui & Glauci chorus, ibat cærula Doris,
Cyrenæq. chori, Protheus stat gurgite vates,

Nec

Nec non fontanæ ſtant circum numina nimphæ,
Omnes principium accipiunt ſurgentis aquai,
Et primum humorem, ſeu cano turbide ſurgat,
Siue Arni tumidis euoluat fontibus imbrem,
Atque hic materies facilis iacet omnis ad vndas,
Omnia ad oceanum redeuntia flumina patrem
Illi admirantes dictis his ora reſoluunt,
Dic pater alma loci quo ſimus, quæ Regio iſta,
Quo ducis, ne vana rear hæc fingere ſomnum,
Tum ſenior fatur gremio telluris in imo
Eſtis, iuxta vterum mirantes omniparentem,
Hæc rerum ſpecies, nam priſca has credidit ætas
Numina, ſunt proles telluris, talia fatus
Se medium præfert, ſtupidos ducitq. per antra,
Mettalla hic varia in durum coeuntia corſpus,
Et mineralis diſcreta exordia maſſæ,
Conceptoſq. ignes, numeris elementaq. vincta,
Temperiemq. auri, qua non perfectior vlla,
Longæuam hic mirantur anum, nunc voluere gẽmas,
Nunc lapides ſtruere, & nunc ſtringere margaritas,
Tunc ſenior fatur Cybales hæc nomine dicta eſt;
Talibus intentos horreſcens torſit imago,
Quæ prefert magnorum ingentia membra gigantũ,
Qui eructant flammas, ardentia flumina & ore,
Molibus vrgentur ſuperincumbentibus illi,
Frendentes grauiter latera & ſub pondere mutant,
Subtremuit tellus, ſpeluncæ contremuerunt,
Tunc trepidare metu illi, atque horrere pauore
Incipiunt, ſenior dictis his pectora firmat
Siſtite, & innocuos nequicquam horreſcite vultus,

Indice

Indice tum monstrans fatur est ille Typhœus,
Enceladus alter, Cæus sed tertius ille,
Vlterius ducit illos ad fluminis alueum,
Atque hic apparet candenti pectore virgo
Nympha cubans antro, varijs & odora corollis,
Hanc circum stabant discreta informia florum,
Illa innectebat foliorum hinc inde colores,
Non longe astabat pastoris more puellus,
Sponsus, amansq. huius, cui cura efferre laborem,
Sertorum, & varias distinguere floribus artes,
Et formare comas, secreto atque vngere odore,
Tum senior factur zephirus hic, Cloris & illa,
His iam spectatis iteratis rupibus vnda
Se se aperit, virgæ annuentis nam iussa capessit,
Ast illi ignari superas voluuntur ad oras,
Montana qua rupe foris se proluit amnis,
Illi ad surgentis conuersi lumina solis
Aerium solium quodam mirantur, & aureis
Fulgentem canis Regem, tunicaq. fluente
Vesuuij tandem superant fastigia montis,
Vt supremi adsunt proprius mirantur honorem
Ipsius, ante pedes nubes sol euehit altas,
Is pedibus calcans varios compellit in imbres,
Inde manu gelida extollens sua fulmina format,
Stant circum ignitæ moles, & lampada quaxant,
Distinguit radios circum hæc lugubre rubescens,
Hæc longe producta trabem sese explicat ingentem,
Asta ibi saltant ignes, hinc inde corusci,
Auratam ille quatit dextra virgam, atque sinistra.
Effulgens speculo scutum, tunc arripit illum
Lon-

Blanditÿ(q. auræ exponit, procumbit & herbis,
Interea insurgens lasciuo gurgure flumen
Sensit. & in reducem rursus se voluere fluctum,
Atq; inde illudens riuo conspexit aquai,
Exin at exoriens effusis crinibus aurum,
Exin conspicuæ vultum se efferre puellæ,
At roseas vitro sub lynphæ ardere papillas,
Et quicquid nimphæ ficta amne negabat honestas,
Dulcis amor curis pandit, mentiq. reuelat,
Talem nocturno se prefert nimfa theatro
Numine surgentem, sirenam se eximit ista
Circes, thirrenas at vultu, & crinibus anteit,
Sirenumque melo spectanti hæc dicta resoluit.



PIE-

Impleat obiectu, & nemorosis vallibus istis,
Et lathaa fugent passas obliuia pænas,
Nec damnum acceleret præuersis perfida rebus,
Quid sibi si cælum torret, seu fulguret ardens,
Hoc opus, hoc animo latam traducere vitam
Corda iuuet, sic ipsa docet, natura, monetq.
Hæc sirena, illo atq. intentat carmine somnum
Qui membra inserpens hinc inde quiete soporat,
Altius & placida mulcens se morte profundat,
Protinus insidijs erumpit fœdula Thais,
Subreptos rapido voluens sub pectore amantes,
Prostratumq; petens vltricibus astitit iris,
At postquam vultui flagrantia lumina fixit,
Gustantiq. hæret obtutu, inq. ore moratur,
Induit irarum flammas, flammas in amoris,
Nec potis ex illo flecti, rutilare per ora
Nam visum est quicquam risus, sub lumine clauso,
Tum nil passa moram nequicquam gaudia differt,
Sudoris riuos hinc velo suscipit acto
Per roseas malas, & frontem lambitat vlna,
Tum venti in moreni sinuanti flumine velum
Lathæum quaxat, nares & flamine mulcet,
Hæc vbi, prona legit halanti serta colore,
Purpureosq. halitus, cunctamq. ex ordine siluam,
Floreaq. insertat vinclis molita corollas,
Prostratum hinc vincit proflantem pectore somnum
Tum non sensit amans nodos, & deside somnum
Producit, lathæamq. inflat naribus auram,
At postquam domina est captiuo gaudet amante,
Letaq; amorosa in spolia fert basia mille,

Somno illo stratum curru conducit in aureo,
Sonnipedum demore sues cuius iuga collo
Educunt, tardoq. ferunt per florea gressu,
Inde voluptali & somno custodibus illum
Tradunt, quo sternant qua mollis amaracus illum
Deside languentem viridi complectitur vmbra,
Blanditurq. halitu; nunc qua ratione quod instat
Confieri possit mentes adhibete docebo,
Est procul in pelago insurgens poene insula nomen
Dictum Pausilipus; illic maga viuit inertem
Vitam, & correptum iam deside frænat amantem,
Stant circum, varijsq. horrent serpentia monstris,
Non longe est stagnum gustantum corda venenat
Quod limphis, risus flumen quod nomine dictum,
Ipse dabo virgam, & clipeum, quem rex dedit ille,
Ille quidem virga stringentia nubila fulgur
Abscidit, illa autem vos mostra horrenda fugate,
Quæ intentant frigus animis ardentibus, inde
Scutum addam, speculo fulget adamantinus vmbo,
In quo cum versus se met speculabitur Aglans,
Ipsum se agnoscet qualem, & qua deside foedum,
Et sic se indignans claustris erumpet ab illis,
Non longe littus astabit pulchra virago,
Bellatri, fortedo hæc nomine dicta; frementes
Huic petite ergo ducem, facilis concedet & vltro;
Nobiscum laxi hanc noctem requiescite, dictis
His pastu & pauca fouerunt membra quiete;
Tandem purpureo lucem sol quaxat eoo,
Illi experecti curis sese ilicet armant,
At senior virgæ, & clipei illis munera donat,

Ocius

Ocyus accipiunt illi, & iam gratibus actis,
Sese adsurgentis conuersi lumina solis
Inuadere viam comite cum fluminis vnda,
Ecce autem obiectu armato sese extulit ingens
Virgo bellatrix, clipeum cui laua coruscat
Cor supra, quem non scindissent fulmina ditis,
Clauam dextra quatit, ridet venientibus illis,
Cælatam & referans galeam se lumine tangi
Illorum, patitur, spectant qui frontis honores,
Tum Guido incepit Aglantem de side castri
Soluere tentamus, sunt nobiscum arma ducem vnum
Hinc petimus, qui nos per tot discrimina ducat,
Nil contra virgo arridens, sed protinus illos
Excipiens hilari vultu conducit oliuæ
Ad lucum ingentem, sedes vbi læta quietas
Captat, & in parta stat semper pace reposta,
Inde introgressis religatam monstrat oliuæ,
Vinclaq. prendentem, nudatam membra puellam,
Et iuxta implicitum velum, quod sceptra, coronæ
Palmæ fastus fuci, pompa, trophæa, triumphi,
Exornant; Iuuenes stratos mirantur honores,
Et sic dispersos auri fulgentis achantos;
Bellatrix fatur vos tuta per æquera nimpha hæc
Ducet, vos illam comprenso ducite crine,
His dictis deuinctam exoluit, & imperat ipsæ
Illis iucundo famulari more labore,
Guidonis manibus crines tum tradit habenos,
Ocyus illa parit, ingentemq. eximit vndæ
Concam, quam cymbæ in morem firmauit in amne,
Velumq. immane aptat quo rapit omnia secum,

Qui subito intumuit ventis, pompasq. coruscans,
Ingens surrexit caput inter nubila condens;
Virgo viros mira cymba excipit, ipsa magistra
Puppe sedet, Guido comprehensis crinibus illam
Frænat, & extensi miratur grandia veli,
Insurgit nimpha e sede stans corpore nudo,
Atque locat lateri palmam, digitosq. patentes,
Et læuam cubito duplicato subleuat, hæret
Fixa oculos velo, & spectat ceruice reflexa,
Tum velox præter solitum volat æquore scisso
Puppis, sulcantis remanent & aratra carinæ,
Iam fluuium emensi superant qua vortice riuus
Voluitur intorto vastum spumosus in æquor,
Vix mare contigerat exempta cimba carina,
Cum aspiciunt littus fugiens satis ocius illi,
Ariodans autem pompis defixus in illis
Impatiens obtutus talia voce profatur,
Virgo quæ ingentes errasti tuta per vndas
Fare age, cur te ipsam patientem vincula vidi,
Cur ingens velum quo mundus voluitur ingens
Implicitum vidi, quæ tanta potentia dextre?
Suspirans, altumq. premens sub corde furorem
Effatur nimpha, infandum memorare dolorem
Sæue iubes, vt opes & lamentabile regnum
Eruerit virgo nostrum, quare ordine pandam;
Errabam late mundum regina cluescens,
Humanæ mentes & erant mea regna, furore
Gaudebam cuncta inmiscens, veloq. volutans,
Ingentein pauone equitabam sedula currens,
Et tæda Alectos mihi sceptrum more coruscum,
Cunctis

Cunctis raptabam vestes, pompasq. superbas,
Et sic captiuo construxi hæc vela trophæo,
Imperiumq: meum auctabam spolia ampla reportās,
Interea virgo bellatrix se obtulit illa,
Spectat, obitq. truci mea grandia visu,
Inijcio hæc summo connitens verbere tædam,
Illa autem incurrit clypeo, per frangitur ictu
Aduersa ingenti tæda, tunc virgo me inermen
Aggreditur claua, lata, quam gestat oliuæ,
Et me percutiens pauone ex turbat ab alto,
Ocyus inuoluit velum, & me in vincula trudit,
Hinc bellatrici captiua seruio mente,
Qui me promissis semper affligit amaris,
Namq. ait e Caroli portendi prole nepotem
Qui me fatali concludet funere fixam
Et spolijs ducet coniecto in vincla furore;
Henricum quartum hunc dicit, virtute qui anhelus
Sæua sedens super arma illum fracto ore cruentum
Captiuam ducet, verrentem & pectore terram,
Hæc vbi dicta viri conuertunt lumina circum,
Naturæ hic mirantur opus, quoue æmulat artem,
Namq. mari scopulum spectant insurgere amœnum
Conspicuum sertis, & collibus vndiq. curuis,
Hic placidum ponit mare, circum scena dehiscit,
Siluarum pandens contexto vmbracula luco,
Vnde fluentiscum concentum concinit eccho,
Obuertit intus cymbam tunc nimpha magistra,
Postquam introgressa fatur dimittite crines,
Hic maga captiuum claustris nam carcerat illum;
Quare ite, atque operi sudorem accingite vestrum,

Hæc vbi dicta dedit inuectos ponit arenæ,
Guido autem crines ramo nodauit cliuæ,
Iuuaditq. viam surgentis ad aspera montis,
Ipse, comesq. vident quanta discrimina turbant
Gressus, & quantis se obliquet rupibus æquor,
Hinc comites socijs ardoribus ordine anhelant
Per varias rupes, queis rupes culmine surgunt,
Vtq. nouum effudit radium fons lucis eoæ
Aspersit liquido nemorosum culmen & auro,
Ascensu superant rupis fastigia iniquæ,
Ecce autem oppositis portentis obstat anhælum
Monstrum, atque aduerso gressus horrore retardat,
Nam arrectis horret squammis draco flammeus ora,
Purpureo sinuant, & ahena volumine terga,
Ceruicem, atque iubas auro squallescere nigro,
Iam rabie fera membra tumere,& sanguine,& igne
Incipiunt ardere oculi, se in membra plicare
In sese indutum,monstrum nunc iride caudam
Quaxare, at properans irasci tentat in harpas,
Iam proprius,propriusq. vngues distingit,& instat,
It tale aduersum venientibus, ocius ergo
Ariodans subito distringit pectore ferrum,
Guido pone inquit, nam defensoribus istis
Non hoc tempus eget, non istis vincimus armis,
Inde datam virgam motat, quæ vt sibilat auro,
Obscænas aures minitantis concutit horror,
Tum belua excedens latuit fugitiua latebris,
In morem horrentis, atque vltima damna timentis,
Non longe contra se se offert dira leonis
His facies, crines quæ visa horrore colubris,

Arden-

Ardentes oculorum orbes iam lampade torquere
Osq. armis vltro frendens se opponere strictis,
Et proprius, propriusq. ardere, at sibilus aures
Vix tetigit virgæ, cum pectora concutit horror
Ardentis, præssitq. iubas, egitq. latentem,
Quare animis socij pergunt audacibus, ecce
Ecce autem innumeris se obiectum orroribus offert
Monstrorum, mixtos clangore horretq. voatus
Submugit tellus, cœlum tonat omne fragore,
Exin gorgoneis mulier infecta venenis
Squalentes oculos tollit, furialia membra
Offert, distinctis & pullulat atra colubris,
Magnaq. se facies aperit, & crinibus angues
Aduersa bis geminos erexit, feruida vultum
Immittitq. illis, timuerunt ocyus illi,
Discordesq. animis obmostra horrentia ijssent,
Ni Guido virgam quaxasset, cessit in auras
Luctifica hinc mulier dirarum absede sororum;
Tum sese obijciunt speciosis millia monstris
Horescuntq. iris & colla frementia tollunt,
Quicquid Nilū inter, connixū atq. inter Atlantem,
Crudescit monstro, rauci & clangore voatus,
Quicquid getulis harpis furit, atq. veneno,
Aequore distendi lato spectantur, & vltro
Instare, & circum vicinas prendere rupes,
Illorum horrescens soluißet pectora frigus,
Reddere ni tutos valuissent prima pericla,
Vibratæ sonitus virgæ, & monitus senioris,
Quare his non hæsere minis, iam culmina tangunt
Victores socij gradientes rupis iniqua,

Quamuis angebat fessos labor anxius artus,
Tum demum his superatis culminis æquora captant,
Aestiuo hic aer adolescit frigore lætus,
Aequora odoratis distincta coloribus halant,
Luxuria & flores, fundunt suspiria odora,
Lasciuas auras frondes hinc inde coruscant,
Ignarum nubis cœlum, est hic malis & ira,
Regia iuxta amnem surgens dominatur amœno
Obiectui, nemoroso siluarumq. theatro,
Et iam iam angit iter pergentes, longa sitimq.
Intentat via, defessos soluit labor artus,
Iam lento properare pede locus allicit ipse,
Ecce autem fluuio colludens gurgure riuus
Affulget, roratq. herbas roratur & herbis,
Arentes fauces vocat in gelidum, humidulumq.
Fontano exiliens quod saxo amplexibus herbas
Motat, & implicitis immiscet serta palestris,
Christallo demum torrente euoluitur vltra,
Vmbram inter mirti, simulata quam explicat arte
Natura artifici pandens vmbracula serto,
Margine conueniunt flores, dextro atque sinistro,
Cespitis & sedes sternunt ad tegminis vmbras,
Hab fons hic risus est, est hæc vnda pericli,
Fluctibus Oceani plus formidanda furentis
Tum senior fatur, sensus hic stringere nostros
Hoc opus, hic validi vtendum virtute laboris,
Sensibus hos gustus, gustui limphamq. negemus,
Quare animo forti quatientes æquora pergunt,
Vt venere vago reducem qua erroribus vndam
Perspicuus fluuius stagno componit amœno,

Apparet

Apparet preciosa cibis, & turgida fuco
Artificisq. auri, conspirantisq. saporis,
Mensa tumens, lusui vicinam & se explicat vnda,
Amphora distintis circum bene olentia succis;
Vndam inter vitream nantes errare puellas
Nutricum tenues admirantur longius illi
Lambit candentes artus, vt lympha, sinumq.
Nunc sinuans, nunc imbre lauãs, nunc vbera motãs,
Vna autem vultus dulce ouat, pallida frons est,
Nigri oculi, rectis cilijs, spectatq. letenter,
Tenuibus os turget contractum hinc inde labellis,
Cætera candescunt incuruis turgida membris,
At socia roseo pallet fulgore sub vndas,
Sed color est roseus, turgent flagrantia membra,
Hæc sese irrorant, alterno & pectora lusu,
Et nantes certant quæ flori proprius adsit,
Demum se immergunt, rorates tollere crines
Hinc iuuat, auroræ vultum, & mentirier ore,
Incutiunt vim pectoribus de more tuentum
Lasciuos lusus, limphisq. ob nubila membra,
Nimpharum, atque adeo, obtutu quod sistere in illo
Incæpere viri, nequeuntq. auellere vultus,
Ille autem paribus pergentes lusibus vndas
Captabant, fingit harum lasciuior vna
Sensisse astantes, simulato atque acta timore
Inflorat vultum roseo demissa rubore,
Aspicit hinc ridens flexa ceruice latenter
Et vultum & pectus summo detexit ab amne,
Qui velo reliquam corpus, celatq., reuelatq.,
Ociani e spumis extauit cypria talis

Et

Et sic spectantes spectans se in membra plicauit,
Aureolumq. imbrem torrentum hinc inde comarum
Effundit, humeris accepit laetra ceruix
Aureolam pluuiam Danaes ceu pectore quondam,
Ridebat pariter, pariter atque ore rubebat,
Inq. rubore magis risus, ridetq., rubetq.,
Aspiciens illos tandem hæc reflexa profatur,
O quicunq. estis, fælicem hanc carpite sedem
Qua datur hospitibus æternum viuere aprilem,
Quid ferrum quid ne hæc geritis tela impia dextris,
Soluite tandem artus vinclis, viridiq. quieti,
Ferte sacra, in gentem vosmet ascribite amoris,
Oscula sint pugnæ, quæ nulla pericla fatigant,
Hab sacri fontis colles ne polluite iris,
Hæc vbi dicta dedit subridens respicit illos,
Inq. rubescenti roseus fit risus in ore,
Qualis narcissi, seu lætantis hiacinti,
Illam irridentem socia acto flumine spargit,
Mussat, & arridens mentes miseratur iniquas,
Firmi corda viri sensus ratione coercent,
Atque arcent animos e primis gustibus, immo
Si obiectu inserpens animos dulcedo penetrat
Vipeream inspirans animam, & radicitus hærens
Sæuo corde viri euellunt mala germina gustus,
Et desiderij fraudem, quare ocyus illa
Inisæ virtute animi cessere sub vmbras,

PIE-


PIETATIS CAROLI MAGNI

LIBER VIGESIMVS.



ARGVMENTVM.

GVido & Ariodans ingrediuntur Regiam Thais voluitur in monstrum, Aglans accipit ensem & ediscit iubsa senis & ingreditur syluam.



ECCE autē ante oculos oritur spectabile monstro
Regia, & ingenti se aperit distincta theatro,
Luxuriem pompæ confundit, & explicat vno
Obiectu, & pulchro pulchrum discriminat omne,
Vndiq. ferniceos saxorum ars circinat arcus,
Qui vndiq. discretis absunt, adsuntq. trophæis,
Fulgentum lapidum crystallum hinc inde coruscat,
Lampadibus saxum ardet versicoloribus omne,
Iamq. iter emensi sublimem fornice portam
Conspiciunt, atque artis, opus mirantur amœnum.

Nam

Nam spectant vultus argentum viuere scusptum,
Sola loquela deest vini, nil deficit vltro
Nec si oculis credis obtutis deficit istud,
Meonias inter cerne vt Thyrnitius heros
Vt sese imbellem vitæ truducit inerti,
Tartareis quondam spolijs, monstrisq. superbus,
Libratum tereti nunc torquet pollice fusum,
At coniux mentita virum, nunc ludere Martem
Incipit, imbelli nunc clauam voluere dextra,
Iapice sub ferri longe maris ibat imago
Ferrea, & electro spumabat cerula cano,
Inter quam verso sistentes agmine puppes
Inuadunt Martem, telis iam spargitur aer
Antonij hic puppis, Augusti est aurea contra,
At Cleopatra illum tanto detorsit honori,
Non vi non ferro, solum pallore per ora
Diffuso, fugit ille sequens, se & ponere sentit
Imperium mundi, se id ponere sentit amori,
Non longe dextra qui totum concutit orbem
Magnus Alexander fulgentes ponit honores
Virginis in gremio, demisso atque ense quiescit,
Hæc vbi mirati tendunt viridarij ad oras,
Hinc ceu distincto obliquus torrente Meander
Mille errat riuis surgens, & flumine cadens,
Fontibus hos cursus, ponto discriminat illos
Cursibus aduersis sæpe. & conuoluitur actis,
Sit laberinthæus aperit so erroribus æquor
Confunditq. vias, reduces mentitur & omnes,
Cuncta magi monitus quæ tandē ex ordine pandunt,
At socij postquam errores omnes superarunt
Distin-

Distinctum sortiuntur inter vinidarÿ ad vmbram
Quæ sese obiecit nemorosis vallibus idæ,
Luxuria hic florum stat formosissimus annus,
Auræ spirat odor, folÿs at spirat odoris,
Tellus luxuriat, lætis & flagrat in herbis,
Stagnantur riuu? cristallis, atque smadagdis,
Floribus æternis fructus socÿ, comitesq.
Alter dum excritur maturum se explicat alter,
Iam viridans serpit nitenti germine vitis,
Populeosq. petens ramos amplexibus hæret,
Lasciui volucres inter viridantia rami
Certatim visi quarulos componere quæstus,
Ast inter cunctos ibi rostro purpurat vnus
Versicolor, nostris qui exoluens ora loquelis,
Hæc miranda refert intentis omnibus illis,
Conspice surgentem e complexu frondis aduncæ
Ora modesta rosam, actam virgineoq. pudore,
Quæ mediò tenus, & cælata, & pandita surgit,
Ecce autem tradit reiecta fronde labella,
Demum luxurians complexui se eximit auræ,
Heu tandem languet, ipsa nil ipsa videtur,
Et propter positum fucum non creditur illa
Iam quæsita diu iuuenilis stemmati amoris,
Haud alter cadit phœbo cadente sub vmbras
Huius mortalis vitæ flos, & viride æuum,
Nec quamuis reduces iterent læta astra vigores
Vita reflorescet, aut vlla pubbe virescet,
Ergo carpamus ætatis munera iam cum,
Nec fortuna negat, nec inhorret vita senecta,
Psitacus bis tacuit dictis, mirabile monstrum,

Atque

Atque chorus voluerum concentus incipit æquos
Oſcula tum ingeminant roſtro inſiſtente columbæ,
Illi admirantes conuertunt lumina fixa,
Qua longe ſtatuæ pulcræ vaga marmora viuunt,
Candenteſq. artus ponunt ludentibus vndis,
Hic lacrimis Aretuſa vagis vaga pectora lambit
Torrentes oculos monſtrans, & pectus anhelum,
Teſtatur veros fictis concentibus vnda
Plantus, & tacitas exponit limpha querelas,
Hanc circum ſcenæ ſalientes fornice riui
Extollunt ſeſe nectentes ordine tegmen,
Naturam ars præfert, artem naturaq. præfert,
Alterno alternum decorantes munere fucum,
Marmore membra rigent nimphæ, quæ ſic miſerãda
Duritiem induta duri teſtatur amoris,
At quoties tremulis ſuſpirat frondibus aura
Marmoreo illidens vultui ſuſpiria vera
Explicat, & tacita Nareißum voce ſalutat,
Fornicibus ſiquidem ſecretis aura recurrit,
Marmoream haud ſtatuam credes, induiſſe ſed ipſã
Hoc marmor, membris & ſic ceſſiſſe remiſſis,
Parte alia languet hauſit qui fontibus ignem
Infœlix proprio iuuenis incenſus amore,
Intentoſq. oculos tenet effigiantibus vndis
Marmoreum educens aduerſo e flumine vultum;
Blanditias inter tantas, ſenſuſq. pericla
Firmo corde viri quatiunt, & pectore forti
Guſtibus indurant animos, dum lumina voluunt
Aſpiciunt mirthos inter, nemoroſaq. mirti
Complexu effuſos pariter procumbere amantes,

Aglan-

Aglantem, & Thain dulcis quos deside somni
Lectulus in molli complexu frondis alebat,
Amplexus illi stringunt, & membra lacessunt,
Hinc animae errantes viuunt alterna labella,
Exanimesq. redunt anima sub duplici amantes,
Illi admirantes secum haec sermone serebant
Heu virtus, heu prisca fides, inuictaq. bello
Dextera, quis tantus miserum malus abstulit error;
Illa autem surgens stratum deridet amantem,
Linquit & ardentem collo dare brachia circum,
Exin serta legens distinctis floribus arctat,
Inde fugit victum irridens ceruice reflexa,
Speq. foue reduci miserum iam sueta frementem,
Illi autem vt Thais longe absuit ocyus instant,
Et sese proprius armis, crystisq. coruscos,
Obijciunt iuueni fixos, & lumine toruo,
Vix primo aspectu incurrit exterritus Aglans,
Cum qualis sonipes, celeri qui cognitus armo
Eripitur bello, niditisq. monilibus, exin
Traditur armento, foecundus more maritus,
Si sonitum bibit aure tubae, calibetis hiatus
Seu forte obijcitur, arrecta fronte superbit,
Contrahit & vultum, & saeuis aspectibus horret,
Et memori ardere exultans fremit arma, virumq.
Talis tunc Aglans obictu sistit in illo,
Ocyus hinc Guido scuto sese eximit acto,
Atque adamas speculi opponit de more tuenti
Ille oculos sese mirans per singula voluit,
Dedecus agnoscens proprium sub floribus illis,
Hinc indignatur, postquam & monumenta doloris,

Exuniasq.

Exuuiasq. hausit, vltrices induit iras
Et manibus prensans flores, & florea vincla
Discerpit, frangitq. fremens, virtutem & inhorret,
Inde illa exutus generosas arsit in iras,
Qualis vere nouo coluber mala gramina pastus
It positis nouus exuuijs, nitidusq. furore,
Tunc ensem porgit Guido, atque hæc addidit ore,
Sat tua te virtus monuit, pudor vltus amorem est,
Fulge ardore tuo, teq. ad tua grandia duce,
Quæ nobis extant tibi se casura reseruant
Mœnia, quid dubitas durantem euertere Romam?
Ille autem obtutu sistit mœstissimus illo,
At postquam hæc secũ de more fugam arripuerunt;
Venerat interea messis maga sedula sertis
Ad carum, vt suetis vinciret floribus illum,
Heu miserum aspexit vastatis diruta sertis
Florea, & hinc summi superans fastigia collis
Heu fuiens tergum vidit, quod cingere sueta est,
Exianimata ruit, querula illum & voce lacessit,
Arripiens cursum, plantæ quare vndiq. spinis
Vrgentur, soluitq. laboriam membra sequentis,
Tandem animos ponens misera sic quæstibus inquit
Lenta cadens, quis me miseram, & te perdidit Aglãs?
Quis tantus furor heu nostris te amplexibus arcet?
Heu vale, nam tenebris nigrescunt omnia circum,
Inualidasq. tibi protendo heu non tua palmas,
Tum victus lachrimas dedit Aglans, atque moratur.
Non nihilum inuita virtute, & lumina flectit
Multa gemens, miseroq. animum labefactus amore,
Mens immota tamen lachrimis voluentibus astat.

Heu

Heu quid agat nescit, misero hic correptus amore,
Hic virtute agitur, tunc illa vt rorida vidit
Lumina nec proprius dignantem accedere sensit
Ensem distrinxit; & verba nouissima dixit,
Ensem quem charo nuper sub traxit amanti,
(Ironicos) equidem merui nec deprecor tstud
Vtere sorte tua, miseri te si qua doloris
Tangere cura potest, morientia lumina conde
Dextra, & da lachrimas languẽti hæc lãguida vultu
Dixerat, atque gula aduerso ruit obuia ferro,
Heu heu cernit Amans, pietate & saucius illa
Irruit oppositus dextra, facinusq. retractans
Impedit, & conatus ibi dare brachia collo
Circuit amplexu, sedenim dum brachia stringit
Horrescens squammis collum complectitur illud,
Nigrescunt humeri longam tenduntur in aluum
Pectora, ceruleis variantur corpora signis,
Vultu e a restanti tum sic affata stupentem
Accede, hab saltem suprema nec oscula sperne,
Dumq. aliquid superest, hab tange, hæc sibilus edit
Vltima, namq. ore prorumpens lingua trisculcat,
Occupat & reliquam iam tandem corporis angus,
Illa manus tendit, quas ille vt prendere nixus
Horrentes sqamis tangit, madidasq veneno,
Ille autem gressus perculso corde reflexit,
Ast ingens serpens nota intra tecta refugit,
Successitq. gemens valli, tunc Regia late
Intremuit, cuncta exin visa horrere ruina,
Et quicquid molis sumpto squallescere ligno,
Induere in lucum late sese omnia visa,

Atque insistentem illudit insuetâ frementem ;
Et nimium vano iactantem brachia nixu ;
Hic magus, hic siluam laruis protexit iniquis,
Hic magus, hic cœlum pluuijs turbauit, & ipse
Infernas furias acuit in pectora franca,
Id scutum magno Carolo debetur, & illud
Proterget ardentem Carolum per bella per hostes,
Quare age quandoquidem non ullo fine quiescent
Arma, magus sæuus ni claudat funere vitam
Et scutum obtineat Carolus, læuumq. coruscet,
I virtute tua, iusto & te accingere labori,
Atque ensi mirthum adiunge, capuloq. reconde,
Tende manu manicas, in nodum & corripe sæuum,
Et te illudentem constanti lumine specta,
Et sese spetie variantem, atque horrida monstra,
Donec talis erit simulato corpore, qualem
Vidisti opposito miscentem prælia scuto,
Tunc instans ferrum aduerso sub corpore conde,
Quem simul ac sternes scuti capelatus honorem,
Atque feras ad me nam exin facienda capesses,
Conceptis dictis Aglans accingitur orsis ;
Venerat ad summos nemorosi horroris hiatus,
Siluæ, quæ francos animos terrore fugarat.
Hic nec caligantem antro, nec rupe nigrantem
Se silua obiecit, sed lætis hospicium vmbris,
Vlterius sentit concentu effundier auram
Cloridis, & zephiri suspiria frondibus acta,
Et volucrum quæstus, quos contra alterna notabat
Cordarum, vocisq, melus concentibus æquis,
Atque illi vt tanto sonitu confusus oberrat

Ecce

Ecce autem aduersum visum se offerre theatrum,
Tum veluti elapsa e cortina surgere ductæ,
Nimpharum, & sirenarum vndiq. & vndiq. turmæ,
Et miscere choros, numerosq. intendere neruis,
Admirans spectat iuuenis, sed pectore forti
Ad mirtum tendebat iter, quo carperet illum
At contendit iter offensi fluminis vnda,
Quæ amplexa est lucũ, qui diffusa imminet vmbra,
Hæc inter Aglans spectabat qua superandum,
Cunctanti dudum insurgit mirabile monstro
Fornix, atque viam producto præparat arcu,
Ignoto hic audet vir se committere ponti;
Iam pulsat pedibus stratos de more labores
Vtq. pedem aduersæ incedens vestigia rupi
Firmauit subito præceps se machina voluit,
Ille autem ingreditur siluam nil talia curans,
Quaue pedes iuuenis disponens verberat herbas
Hac casiam tellus surgenti flore ministrat,
Hinc varij frutices reserantur in æquore toto,
Hic surgit riuus, illic exoluitur vnda,
Et super & circum silua pubesctre vere
Est visa, & pulchro sese distinguere odore.



Et sic spectantes spectans se in membra plicauit,
Aureolumq. imbrem torrentum hinc inde comarum
Effundit, humeris accepit laetra ceruix
Aureolam pluuiam Danaes ceu pectore quondam,
Ridebat pariter, pariter atque ore rubebat,
Inq. rubore magis risus, ridetq., rubetq.,
Aspiciens illos tandem hac reflexa profatur,
O quicunq. estis, fælicem hanc carpite sedem
Qua datur hospitibus æternum viuere aprilem,
Quid ferrum quid ue hæc geritis tela impia dextris,
Soluite tandem artus vinclis, viridiq. quieti,
Ferte sacra, in gentem vosmet ascribite amoris,
Oscula sint pugnæ, quæ nulla pericla fatigant,
Hab sacri fontis colles ne polluite iris,
Hæc vbi dicta dedit subridens respicit illos,
Inq. rubescenti roseus fit risus in ore,
Qualis narcissi, seu lætantis hiacinti,
Illam irridentem socia acto flumine spargit,
Mussat, & arridens mentes miseratur iniquas,
Firmi corda viri sensus ratione coercent,
Atque arcent animos e primis gustibus, immo
Si obiectu inserpens animos dulcedo penetrat
Vipeream inspirans animam, & radicitus hærens
Sæuo corde viri euellunt mala germina gustus,
Et desiderij fraudem, quare ocyus illa
Inisæ virtute animi cessere sub vmbras,

PIE-


PIETATIS CAROLI MAGNI

LIBER VIGESIMVS.



ARGVMENTVM.

GVido & Ariodans ingrediuntur Regiam Thais voluitur in monstrum, Aglans accipit ensem & ediscit iubsa senis & ingreditur syluam.



ECCE autẽ ante oculos oritur spe-ctabile monstro
Regia, & ingenti se aperit distin-cta theatro,
Luxuriem pompæ confundit, & explicat vno
Obiectu, & pulchro pulchrum di-scriminat omne,
Vndiq. ferniceos saxorum ars circinat arcus,
Qui vndiq. discretis absunt, adsuntq. trophæis,
Fulgentum lapidum crystallum hinc inde coruscat,
Lampadibus saxum ardet versicoloribus omne,
Iamq. iter emensi sublimem fornice portam
Conspiciunt, atque artis, opus mirantur amœnum.

Nam

Nam spectant vultus argentum viuere scusptum,
Sola loquela deest vini, nil deficit vltro
Nec si oculis credis obtutis deficit istud,
Meonias inter terne vt Thyrnitius heros
Vt sese imbellem vita truducit inerti,
Tartareis quondam spolijs, monstrisq. superbus,
Libratum tereti nunc torquet pollice fusum,
At coniux mentita virum, nunc ludere Martem
Incipit, imbelli nunc clauam voluere dextra,
Iapice sub ferri longe maris ibat imago
Ferrea, & electro spumabat cerula cano,
Inter quam verso sistentes agmine puppes
Inuadunt Martem, telis iam spargitur aer
Antonij hic puppis, Augusti est aurea contra,
At Cleopatra illum tanto detorsit honori,
Non vi non ferro, solum pallore per ora
Diffuso, fugit ille sequens, se & ponere sentit
Imperium mundi, se id ponere sentit amori,
Non longe dextra qui totum concutit orbem
Magnus Alexander fulgentes ponit honores
Virginis in gremio, demisso atque ense quiescit,
Hæc vbi mirati tendunt viridarij ad oras,
Hinc ceu distincto obliquus torrente Meander
Mille errat riuis surgens, & flumine cadens,
Fontibus hos cursus, ponto discriminat illos
Cursibus aduersis sæpe. & conuoluitur actis,
Sit laberinthæus aperit se erroribus æquor
Confunditq. vias, reduces mentitur & omnes,
Cuncta magi monitus quæ tandē ex ordine pandunt,
At socij postquam errores omnes superarunt

Distin-

Distinctum sortiuntur inter vinidarij ad vmbram,
Quæ sese obiecit nemorosis vallibus idæ,
Luxuria hic florum stat formosissimus annus,
Auræ spirat odor, folijs at spirat odoris,
Tellus luxuriat, lætis & flagrat in herbis,
Stagnantur riuuľ cristallis, atque smadagdis,
Floribus æternis fructus socij, comitesq.
Alter dum excritur maturum se explicat alter,
Iam viridans serpit nitenti germine vitis,
Populeosq. petens ramos amplexibus hæret,
Lasciui volucres inter viridantia rami
Certatim visi quarulos componere quæstus,
Ast inter cunctos ibi rostro purpurat vnus
Versicolor, nostris qui exoluens ora loquelis,
Hæc miranda refert intentis omnibus illis,
Conspice surgentem e complexu frondis aduncæ
Ora modesta rosam, actam virgineoq. pudore,
Quæ medio tenus, & cælata, & pandita surgit,
Ecce autem tradit reiecta fronde labella,
Demum luxurians complexui se eximit auræ,
Heu tandem languet, ipsa nil ipsa videtur,
Et propter positum fucum non creditur illa
Iam quæsita diu iuuenilis stemmati amoris,
Haud alter cædit phœbo cædente sub vmbras
Huius mortalis vitæ flos, & viride æuum,
Nec quamuis reduces iterent læta astra vigores
Vita reflorescet, aut vlla pubbe virescet,
Ergo carpamus ætatis munera iam cum,
Nec fortuna negat, nec inhorret vita senecta,
Psitacus his tacuit dictis, mirabile monstrum,

Atque

Atque chorus voluerum concentus incipit aquos
Oſcula tum ingeminant roſtro inſiſtente columbæ,
Illi admirantes conuertunt lumina fixa,
Qua longe ſtatuæ pulcræ vaga marmora viuunt,
Candenteſq. artus ponunt ludentibus vndis,
Hic lacrimis Aretuſa vagis vaga pectora lambit
Torrentes oculos monſtrans, & pectus anhelum,
Teſtatur veros fictis concentibus vnda
Plantus, & tacitas exponit limpha querelas,
Hanc circum ſcenæ ſalientes fornice riui
Extollunt ſeſe nectentes ordine tegmen,
Naturam ars præfert, artem naturaq. præfert,
Alterno alternum decorantes munere fucum,
Marmore membra rigent nimphæ, quæ ſic miſerãda
Duritiem induta duri teſtatur amoris,
At quoties tremulis ſuſpirat frondibus aura
Marmoreo illidens vultui ſuſpiria vera
Explicat, & tacita Nareißum voce ſalutat,
Fornicibus ſiquidem ſecretis aura recurrit,
Marmoream haud ſtatuam credes, induiſſe ſed ipſã
Hoc marmor, membris & ſic ceſſiſſe remiſſis,
Parte alia languet hauſit qui fontibus ignem
Infœlix proprio iuuenis incenſus amore,
Intentoſq. oculos tenet effigiantibus vndis
Marmoreum educens aduerſo e flumine vultum;
Blanditias inter tantas, ſenſuſq. pericla
Firmo corde viri quatiunt, & pectore forti
Guſtibus indurant animos, dum lumina voluunt
Aſpiciunt mirthos inter, nemoroſaq. mirti
Complexu effuſos pariter procumbere amantes,
Aglan-

Aglantem, & Thain dulcis quos deside somni
Lectulus in molli complexu frondis alebat,
Amplexus illi stingunt, & membra lacessunt,
Hinc animæ errantes viuunt alterna labella,
Exanimesq. redunt anima sub duplici amantes,
Illi admirantes secum hæc sermone serebant
Heu virtus, heu prisca fides, inuictaq. bello
Dextera, quis tantus miserum malus abstulit error;
Illa autem surgens stratum deridet amantem,
Linquit & ardentem collo dare brachia circum,
Exin serta legens distinctis floribus arctat,
Inde fugit victum irridens ceruice reflexa,
Speq. foue reduci miserum iam sueta frementem,
Illi autem vt Thais longe abfuit ocyus instant,
Et sese proprius armis, crystisq. coruscos,
Obijciunt iuueni fixos, & lumine toruo,
Vix primo aspectu incurrit exterritus Aglans,
Cum qualis sonipes, celeri qui cognitus armo
Eripitur bello, niditisq. monilibus, exin
Traditur armento, foecundus more maritus,
Si sonitum bibit aure tubæ, calibetis biatus
Seu forte obijcitur, arrecta fronte superbit,
Contrahit & vultum, & sæuis aspectibus horret,
Et memori ardere exultans fremit arma, virumq.
Talis tunc Aglans obiectu sistit in illo,
Ocyus hinc Guido scuto sese eximit acto,
Atque adamas speculi opponit de more tuenti
Ille oculos sese mirans per singula voluit,
Dedecus agnoscens proprium sub floribus illis,
Hinc indignatur, postquam & monumenta doloris,

Exuniasq.

Exuuiasq. hausit, vltrices induit iras
Et manibus prensans flores, & florea vincla
Discerpit, frangitq. fremens, virtutem & inhorret,
Inde illa exutus generosas arsit in iras,
Qualis vere nouo coluber mala gramina pastus
It positis nouus exuuijs, nitidusq. furore,
Tunc ensem porgit Guido, atque hæc addidit ore,
Sat tua te virtus monuit, pudor vltus amorem est,
Fulge ardore tuo, teq. ad tua grandia duce,
Quæ nobis extant tibi se casura reseruant
Mœnia, quid dubitas durantem euertere Romam?
Ille autem obtutu sistit mœstissimus illo,
At postquam hæc secū de more fugam arripuerunt;
Venerat interea messis maga sedula sertis
Ad carum, vt suetis vinciret floribus illum,
Heu miserum aspexit vastatis diruta sertis
Florea, & hinc summi superans fastigia collis
Heu fuiens tergum vidit, quod cingere sueta est,
Exianimata ruit, querula illum & voce lacessit,
Arripiens cursum, plantæ quare vndiq. spinis
Vrgentur, soluitq. laboriam membra sequentis,
Tandem animos ponens misera sic quæstibus inquit
Lenta cadens, quis me miseram, & te perdidit Aglās?
Quis tantus furor heu nostris te amplexibus arcet?
Heu vale, nam tenebris nigrescunt omnia circum,
Inualidasq. tibi protendo heu non tua palmas,
Tum victus lacbrimas dedit Aglans, atque moratur.
Non nihilum inuita virtute, & lumina flectit
Multa gemens, miseroq. animum labefactus amore,
Mens immota tamen lacbrimis voluentibus astat.

Heu

Heu quid agat nescit, misero hic correptus amore,
Hic virtute agitur, tunc illa vt rorida vidit
Lumina nec proprius dignantem accedere sensit
Ensem distrinxit; & verba nouissima dixit,
Ensem quem charo nuper sub traxit amanti,
(Ironicos) equidem merui nec deprecor tstud
Vtere sorte tua, miseri te si qua doloris
Tangere cura potest, morientia lumina conde
Dextra, & da lachrimas languēti hæc lāguida vultu
Dixerat, atque gula aduerso ruit obuia ferro,
Heu heu cernit Amans, pietate & saucius illa
Irruit oppositus dextra, facinusq. retractans
Impedit, & conatus ibi dare brachia collo
Circuit amplexu, sed enim dum brachia stringit
Horrescens squammis collum complectitur illud,
Nigrescunt humeri longam tenduntur in aluum
Pectora, ceruleis variantur corpora signis,
Vultu ea restanti tum sic affata stupentem
Accede, hah saltem suprema nec oscula sperne,
Dumq. aliquid superest, hah tange; hæc sibilus edit
Vltima, namq. ore prorumpens lingua trisculcat,
Occupat & reliquam iam tandem corporis angus,
Illa manus tendit, quas ille vt prendere nixus
Horrentes sqamis tangit, madidasq veneno,
Ille autem gressus perculso corde reflexit,
Ast ingens serpens nota intra tecta refugit,
Successitq. gemens valli, tunc Regia late
Intremuit, cuncta exin visa horrere ruina,
Et quicquid molis sumpto squallescere ligno,
Induere in lucum late sese omnia visa,

Iam summa in virides animantur mœnia frondes,
Mens viridans agitat molem, & se corpore miscet,
Tantaq. se moles aperit nemoris horrentis,
Hinc varij fontes lutosa horrere palude
Incipiunt, riuiq. alto nigrescere fundo,
Sic & in oscuram voluuntur cuncta figuram.
Ast exin socij victores littora nota
Appetiunt, pariter nauemq. ducemq. morantem
Inueniunt, tendunt & iter per littora nota,
Oceano interea surgens nox vecta tenebra
Irruit, & fusis cælum complectitur alis,
Ast illi obscuri incedunt sub nocte per vmbras,
Ecce autem aduersum simulato sydere numen
Eradiat, fundensq. comas sese obijcit illis
Longinquum, & rutilo tenebras discriminat auro,
Contra illi obtuta ducunt vestigia luce,
Per radios varia & secum ratione ferebant,
Iam proprius, propriusq. aderant cum vultus honore
Longæui aspiciunt, illis qui talia fatur,
Venistis tandem fidi, nesco ora, manusq.,
Vos contra canos non exhorrescite amicos,
Contra illi agnoscunt longæuum noctis in vmbris,
Suscipit, hinc senior illos amplexibus hærens,
Anglanti hinc fixus tali sermone profatur
Conspice sydereo flagrans in lampade ferrum,
Aduersum radijs, quod flexis æmulat astrum,
Sunt arma illa tua, lux & quæ opponitur illa
Regulus, est clypei quem fulgidus explicat vmbo,
Hæc quoniam mihi cura tui, Franciq. laboris
Est cordi pietas, finxi de more leonis

Eduxiq.

Eduxiq. iubas, nostri cape munus amoris
Ast ensem latere ipse geris, nunc qua ratione
Victor opus captes, ardenti hæc concipe corde,
Plange tuos, prius errores sacrisq. peractis
Ingredere horrorem nemoris, siluamq. malignam;
Cum tandem victor prostrabis vulnere trunca
Accipe mirthi vnum florem, tecunq. reserua,
Nam te alius casus manet; alti collis ad oras
Salerni Princeps, ædes construxit amœnas
Venatui expositas, illic connubia natæ
Principi Athellano festis cum more pararet
(Hi siquidem Francos non ullo marte lacessunt,
Nec bellum Italiæ turbat franca arma sequutos)
Ecce magus sese opponit diuellere tentans
Coniugium, atque patri sponsam in connubia poscit,
Virtuti fretus magicæ, qua educere montes
Carminibus spondet, & vertere sidera retro,
Hunc pater irridens vltro dimisit inertem,
Externusq. dies aderat qua festa parantur,
Accurrunt socij, sponsus pulcherrimus ibat,
Qui simul ac prima educit vestigia planta
Submugit tellus; cœlum tenat omne ruinis,
Ille animis fidens, nihilo portentaq. ducens
Amplexus sponsæ lætanti corde petebat,
Intremuere manus, penitusq. exterrita fugit
Sponsa, ignara sui horroris, in horruit iram
Coniux, atque magum ducto mucrone petebat,
Adfuit vt proprius scutum ille opponit ahænum,
Atque illo tectus vibrantem sustinet iram,
Omnia transformans sese in spectacula rerum,

Atque insistentem illudit insuetâ frementem ,
Et nimium vano iactantem brachia nixu ,
Hic magus , hic siluam laruis protexit iniquis ,
Hic magus , hic cœlum pluuijs turbauit , & ipse
Infernas furias acuit in pectora franca ,
Id scutum magno Carolo debetur , & illud
Proterget ardentem Carolum per bella per hostes ,
Quare age quandoquidem non ullo fine quiescent
Arma , magus sæuus niclaudat funere vitam
Et scutum obtineat Carolus , læuumq. coruscet ,
I virtute tua , iusto & te accingere labori ,
Atque ensi mirthum adiunge , capuloq. reconde ,
Tende manu manicas , in nodum & corripe sæuum ,
Et te illudentem constanti lumine specta ,
Et sese spetie variantem , atque horrida monstra ,
Donec talis erit simulato corpore , qualem
Vidisti opposito miscentem prælia scuto ,
Tunc instans ferrum aduerso sub corpore conde ,
Quem simul ac sternes scuti capelatus honorem ,
Atque feras ad me nam exin facienda capesses ,
Conceptis dictis Aglans accingitur orsis ;
Venerat ad summos nemorosi horroris hiatus ,
Siluæ , quæ francos animos terrore fugarat
Hic nec caligantem antro , nec rupe nigrantem
Se silua obiecit , sed lætis hospicium vmbris ,
Vlterius sentit concentu effundier auram
Cloridis , & zephiri suspiria frondibus acta ,
Et volucrum quæstus , quos contra alterna notabat
Cordarum , vocisq , melus concentibus æquis ,
Atque illi vt tanto sonitu confusus oberrat

Ecce

Ecce autem aduerſum viſum ſe offerre theatrum,
Tum veluti elapſa e cortina ſurgere ductæ,
Nimpharum, & ſirenarum vndiq. & vndiq. turmæ,
Et miſcere choros, numeroſq. intendere neruis,
Admirans ſpectat iuuenis, ſed pectore forti
Ad mirtum tendebat iter, quo carperet illum
At contendit iter offenſi fluminis vnda,
Quæ amplexa eſt lucū, qui diffuſa imminet vmbra,
Hæc inter Aglans ſpectabat qua ſuperandum,
Cunctanti dudum inſurgit mirabile monſtro
Fornix, atque viam producto præparat arcu,
Ignoto hic audet vir ſe committere ponti;
Iam pulſat pedibus ſtratos de more labores
Vtq. pedem aduerſæ incedens veſtigia rupi
Firmauit ſubito præceps ſe machina voluit,
Ille autem ingreditur ſiluam nil talia curans,
Quaue pedes iuuenis diſponens verberat herbas
Hac caſiam tellus ſurgenti flore miniſtrat,
Hinc varij frutices reſerantur in æquore toto,
Hic ſurgit riuus, illic exoluitur vnda,
Et ſuper & circum ſilua pubeſctre vere
Eſt viſa, & pulchro ſeſe diſtinguere odore.



PIETATIS CAROLI MAGNI

LIBER VIGESIMVSPRIMVS.

ARGVMENTVM.

AGlans ingressus siluam, vincit, occidit magum fert clypeum seni, qui sculpsit res gestas Henrici, fert Carolo, paratur bellum.



AEC inter rursus mirantis concutit aures
Concentus, penetratq. illum dulcedine summa,
Ipse autem affectans vmbracula conspicit æquor
Ingens, postquam introgressus conspexit in illo
Immanem mirthum condentem in nubila ramos,
Non longe quercum tergenti mole superbam,
Talia miranti gremio exhorrere tumente
Est visa, atque sinum sinuanti cortice latum
Eximere, & grauidum præferre, inde arboris ipso
Pregnanti ex vtero pulchras se exoluere nimphas
Pectore nudatas, succinctas nodo & amictus,

Quales

Quales mentiuntur scenæ, seu marmora fontis,
Quæq. gerit citharam, concentu atque aera mulcet,
Ad numeros tunc membra mouent, alternaq. lusu
Incipiunt, inopina illum cinguntq. corona
Circum actæ choreis, metris his ora resoluunt,
Venisti tandem caræ expectatus amanti,
Rursus quæ in veterem nunc est reuoluta figuram,
Exuit & monstrum, quo te complexibus arctet
Aspice conspicuo lætantes aere plantas,
Vt reduci gratulentur, adi & iam pondera pone,
Hæc inter mirtho ceu parturiente cluescunt
Siluanus, satirusq., melo qui claudicat actus,
Maiori at miro serpens sese obÿcit illud,
In cuius Thais nuper reuoluta figuram,
Ecce autem squammæ decrescunt pectore toto,
Contrahitur pectus, redeunt humeriq., manusq.,
Totaq. in indutos consistit pulchrior artus
Thais, iamq. oculis fulgens, iamq ora coruscans,
Languida, mille affectus conspectu explicat vno,
Atque his extremis sæuum est affata querelis
Pone animos crudos, tandem miserere ruentis,
His dictis illum amplexus librata petebat,
At iuuenis forti quatiens virtute querelas
Respuit, & mirthum ducto mucrone petebat,
Tunc illa heu miserum, quæ te crudelia retro
Fata vocant, te si qua fides perstringit amoris
His ramis parcæ, ne in ramo hæc pectora scindas,
Hab de te potuit tantum sperare dolorem,
Mirthum inter, ensemq. alto mucrone minantem
Se locat his dictis, complexu & protegit illam

Quacunq. is ferrum minitanti vulnere librat
Hac mulier celeres e mirtho subijcit artus,
Demum Aglans valido sortitur verbere ramum,
Illudit specie mirtus tum vulnere nixum
Monstrum induta nouum, nam emoto virtice cuncti
Intumuere artus, turgentibus vndiq. ramis,
Inq. gigantaam voluuntur lignea molem,
Mole illa Egeon aperit se corpore toto
Centenos clypeos, centenos stringit & enses,
Nympharum tum quaq. ciclops est visa coruscans
Hastas, iamq. illo sæuis terroribus obstant
Ille autem intrepidus mirtum illam concutit ense,
Submugit tellus, portentis aer inhorret,
Luctantur venti, crebris micat ignibus aer,
Nequicquam ille animis cedit, sed fortius instat
Donec nitenti dissoluit verbere ramum;
Tum venti posuere, fugit tum perfidus horror,
Horrorem primum nemorosus at induit aer,
Et victa in primam silua est reuoluta figuram,
Accepto hinc Aglans flore, capuloq. locato
Lætus abit, tandem post tot descrimina gressus
Queis ter se Oceano nox, ter se lumen eoo
Eximerat, vulsis pascunt radicibus herbæ
Illum soluentem pænas, veniamq. errorum,
Tandem deuenit tenebris qua horrescece cœlum
Aspicit, atque ædes Salerni Principis illas
Arguit, vtq. astat fugientes aspicit vllos
Inter quos vnum venerandum frontis honore
Atq. imo crebra suspiria corde trahentem,
Huic Aglans narrat senioris iubsa, sed ille

Contra

Contra hæc sum Princeps ego, dictis addidit Aglans
Quæ mora, quare illi lætantes ocyus illum
Exponunt orsui stipantes agmine facto,
Ecce magus ficto serpentis corpore fertur
Faucibus eructans saniem, linguamq. coruscans,
In se sistit equum ferrata calce fatigans
Orlandus, prona & currens nanciscitur hasta
Squamosum pectus, dum nititur acer, & instat
Perfringit hastam, nec gustat vulnere squammas,
Namq. iugens scutum serpens lauum eximit harpa,
Et quacunq. aliquo molitur robore vulnus
Aglans, hac scuto serpens euerberat ensem,
Irruit hinc serpens & caudæ verbere ducto
Pulsat equum, atque ictu recubantem sternit arenæ,
Euertisq. super equitem, sed flammeus Aglans
Ocyus insurgit generosa ardentior ira,
Immemor haud moniti manicas iniecit, & illum,
Sortitus læua tenet, & dextra eximit ensem,
Hæc inter serpens cauda complectitur illum,
Et patulo morsus vestigans ore coruscat.
Nequicquam tentat manibus diuellere nodos
Lao coonthæ versans se in turbine mortis
Aglans implicitus nodis, sinuosus at ille
Implicat amplexus, & fortius angit inhærens,
Bis medium amplexus; manica tum corripit Aglans
Harpam instentem, librato & feruidus ense
Qua vulnus læthale ferat meditatur in ictu,
Infremuit serpens tentans excludere vinclum,
Leuæ, nam vanis offendit morsibus arma,
Verum vbi nulla datur vinclis exire potestas,

Distin-

Distringit caudam, terræq. extenditur ingens,
More fugam tentat. Aglans hinc vulnere crebro
Infestat illum degustans verbere carnem,
Qui scutum leua implicita quaxare nequibat,
Hic simul ac sentit Protei non immemor artis,
Omnia transformat se se in spectacula rerum
Illudens specie, fit sus, fit maxima tigris,
Nunc se igrem, nun præportat se mole leonem,
Aglans intrepidus constanti pectore spectat,
Vulnus, & abducto librat demore lacerto,
Donec se primum vultubexorente draconem
Explicet, & clipeum læua minitante coruscet,
Ecce autem primo seprefert corpore monstrum;
Aglans immittit vulnus & verbere certo
Sortitus nodos ceruicis transigit ense,
Voluitur exanime monstrum, & procumbit arenæ
Conueniunt quare, quos dudum horroribus egit,
Clamorem immensum tollunt fr ancumq. salutant
Victorem, nequeunt expleri corda tuendo
Namq. hominem stratum spectant sub vulnere frãci;
Hinc spolijs clypeum proiectum corripit Aglans,
Ast postquam audiuit grates, & reddidit illis,
Latantes linquit, seniori & munus amico
Attulit, hoc senior lætanti corde recepit,
Vmbonem & ducto spoliorum hinc inde trophæo
Circundat late medio qua voluitur orbe,
Henrici hic quarti laudes & coniugis ora,
Summam & Delphini surgentis spem exprimit ære,
Inuictum Henricum centrum iaculantibus vnum
Huc illuc fremere ardentem per bella perhostes,

Quem

Quem circũ glomerati hostes hinc cominus, atq. hinc
Perturbant, medio telisq. frequentibus instant,
Illum autem valido sternentem verbere turmas,
Sanguine purpureum hostili, lugubre rubere,
Iuxta autem magno surgentia corpore monstra
Tartarea, in solum socijs assistere in armis,
Gorgoneis mulier fulget infecta venenis
Viperam inspirans aninam pugantibus illis,
Sufficit & vires, armat & tela veneno,
Interdum anguicomo: iaculos intorquet in illum,
Extrema hic soror Enceladi, Coeiq. ferocis
Inuigilans oculis fumantia tela coruscat,
Alectosq. facem minitanti verbere quaxat,
Sæuit amor ferri, feruetq. licentia belli
In tantum, circum portendunt omnia mortem,
Ille autem victor demittens agmina morti
Imponit paci nomen, hostesq. serenat,
Aequali belli & pietatis laude cluescens,
Et parcit subiectis, debellatq. superbos,
Sæua sedet arma pius, ducitq. triumphum
Non spolijs, non captiuis, non mole superbum,
At pietate pium ingenti, qua is strauerat hostes,
Post tergum vinctus furor, & fama, ardet in iras,
Alecto, victi & spolijs ducuntur opimis,
Expressa hinc pietas capitoli nobile saxo
Excipit Henricum sublimem mole triumphi,
Iuxta autem eradiat Medices è sanguine creta
Virgo, super cuius solium distincta theatro
Astra benigna nitent, & mulcent acre cœlum,
Exhilarantq. himeneis, dites ipse leonis

Cordi

Cordis coniungit tædali lumine amantes,
Borbonium & Medicem;fulget magnũ instar in ore,
Coniugis; heroum hinc ſobolem molitur, & ingens
Borbonium decus, & preſenti pingnore firmat
Delphini nuper ſurgentis, qui ore coruſcat
Spes cunctas, paruo & pertendit grandia vultu,
Talia per clypeum miranti, muneris author
Fatur dic Carolo (Henricũ ducto indice monſtrans)
Hunc ſibi portendi ingentem virtute nepotem,
Qui fræno Francos, fama terras reget omnes,
Cordibus imperium, virtutem terminet aſtris,
Et cælum ſtellis, & terram heroibus aucturum,
Huic ſcuto quicquid telorum illidet, in ictu
Futilis vt glacie ſcindetur fragmine multo,
Tu ad Carolum accedes, namque is te pectore læto
Accipiet, vetera oblita ſunt, deſere curas,
Aglans accepit munus, Carolumq. petiuit;
Iamq. dies aderat ſeclis memoranda futuris,
Qua ſumma virtute ducum penitus clareſcant
Heroes toto certantes corpore regni,
Hanc roſeam pulcro phebus quaxabat eoo,
Donaratq. facem geſtandam colchidis hirco,
Namq. moris ſtructis, propriĳſq. eluſus in orſis
Quiſq fremit caroq. oneri timet omnia gentis,
Ergo volunt finem penitus decernere ferro
Hinc Carolus, inde & Gotus Romæ induperator,
Nec prece, nec dictis virtutem incendere amaris
Tentant, at ſæuis finem dare cominus armis,
Romanos ſiquidem vindicta exaſperat atrox,
Et pudor inſiſtens, Tarpeie atq. Attilæ honores,

Et

Et Desiderius infectum foedus iniquo
Corde fremens bello vult fœdum inuoluere nomen;
Consul amans Fabius se vltorem spondet amatæ,
Scipio non aliter incenso pectore feruet,
Vnde acuit Gotos vltricia signa sequentes;
At Carolum inuasæ patriæ tum pungit egestas,
Tum pietas vrget promissi muneris, atque
Orlandi aduentus, scutiq. ingentia dona,
Quare hinc inde moræ bellorum præcipitantur,
Quare animis iuuenum primus furor additus instat,
Bacchantes & agit, gaudent ante ora tuentes
Vnde duces summi tot corda frementia bellum,
Captata siquidem constabant membra quiete,
Vulneris obstrusum est quicquid, crebri atq. labores
Constantes reddere animos durosq. periclis;
Precipites tandem compellunt corde maligno
Rex Agramas, rabidisq fremens Gradassus in iris,
Vltores siquidem stragis se ferre volebant,
At Græcus princeps monitis exasperat orsa,
Prereptumq. decus dictis ostentat amaris,
Hinc iuuenum calidis adolescunt cordibus ignes,
Exultansq. animis vltro fremit arma iuuentus,
O mirum qualis tales prudentia seddat,
Malles quandoquidem teretes producere fluctus,
Qua duplici spirat detorta sub orbe Caribdis,
Iratumq. vndis boream lenire loquendo,
At Desiderius victum spe præcipit hostem,
Nam tentat primo diffusos ordine francos
Agredier summo sparguntur vt agmine turmæ
At prudens Carolus euro ocius agmina mentis,

Ducit

Ducit ab exemplo, pulchrum, pulcherrimus heros
Agmen mente gerens, similiq. ab imagine formans
Instructas iubsit perfectum absoluere partes,
Non sic exacta referat pauo iride plumas
Natiuo euoluens admirandam ordine pompam,
Vt pandunt gentes Gothus, Francusq. supremi,
Inmixtiq. duces parientes ocyus illis;
Hic hastas, illic iaculantes spicula cornu,
Hic gladijs tantum fretos, propriusq. pedestres.
Longe equites, spatijs stipantur & omnia ductis,
At retro Desiderius magnos elephantos
Iubsit agi, contra falcatos agmine currus
Dux francus, turmis iam constant agmina latis;
Huc illuc astant, qui iubsa suprema frequentes
Intentant turmis, primasq. per omnia mentes
Effundunt, iuuat inde duces victricia iubsa
Ebibere, & magnis monitis armarier arma
Armabat validam virtus natiua iuuentam,
Hanc præcepta senum, ipsa senum præcepta sed heros
Hic Francus, illic Gotus; sic fusa per omnes
Mens agitat mentes, & magno se agmine miscet;
Atque ea diuerso penitus dum marte geruntur,
Alter & alterius in mentem nititur heros,
Datq. locum patiens, tempusq. obseruat iniquum;
Aglans conspicuus dextram distinxerat alam,
Ipse autem herculeo fulget insigne superbus,
Expressus nam armis leo toto corpore fulget,
Squallescunt de more iubæ, ferroq. recuruo
Cincinni inserpunt ferratæ tergora pellis,
Stat capud indutum capiti, ferrumq. iubarum

Effu-

Effusis quaxat cristis, galea alta Chimeram,
Aetnæosq. ignes prefert, atque ignibus horret;
Vltorem quaxat ensem latere arduus alto,
Fena ferox sonipes late spumantia mandit,
Mille viri hunc circum turma panduntur ahena,
Austriacus princeps stat iuxta lampade fulgens,
Hunc siquidem insignit captius cassidis ignis,
Quem iam Tididi græco virtute duelli
Extorsit victor, stat toto corpore flamma,
Statq. rogus clypeo, flammisq. horrescit ahenis,
Ipse hastam quaxans ferrum inter nubila condit,
Ardescit sonipes oculis, & naribus halat;
Insequitur rithmos plumarum protinus Otho
Armis conspicuus, clipeoq. insigne paternum
præportat, palmæ ramum, ramunq. cupressi,
Fascia quos vinctos signabat carmine tali
Altera erit merces, galea stat sidere fulgens,
Et triplici cristas cono quaxabat equinas,
Huic fuluus squallet cælesti lampade thorax,
Auolium iuxta monstrant insignia pulchra
Maiorum, insolito galea est nam fornice eburnea,
Ast arma squamis horrescunt rinocerontis,
Contextus cornu clypeus euoluitur ingens
Virtuti vnde suæ laudes adiungit auitas;
Demum alam concludit Berlingherius astans,
Vastatumq. gerit pectus, clypeumq. decorum,
Præruptam galeam, fusoq. hoc carmine signat,
Berlingherius e Gotis victoribus arma hæc.
Ingens huius equus eructat naribus ignem,
Ardentesq. oculos intorquet lumine glauco.

Arsisa

Marfisa hunc longe cristarum vertice nutans
Ardores animi præfert, galea alta draconem
Quaxat, & horrentes distinguit iapice squamas,
Ingenti & clypeo præportat gorgonis ora,
Quæ serpit fusis circum serpentibus aurum.
Interea surgit numero stipante sinistra,
Quam Rinaldus agens turmis distinxerat aquam,
Stemma nouum portans nuper vestigia rixæ,
Nam thorax monstri squamis horrebat ahenis,
Et galea, & clypeus irsuto tergore structi
Vmbonem & conum septemplice fornice tollunt,
Surgunt e galea dentes munimine, cristisq.
Elapsi nuper monstrantes quanta pericli,
Visceribusq. ensem præreptum, atriq. veneni
Temperie horrentem, & fulgentem lampade nigra,
Rugerius iuxta se se ipsum mole coruscat
Monstro insignitum pulcro, quod maxima virtus
Donat habere humeris, & vertice figgere laudes,
Namq. nouis spolijs pulcher candebat opimis,
Queis aquilam ingentem preportat corpore toto,
Plumea stat ferro galea & subiapice cuncta
Arma albent, errantis quondam insignia Acontis,
Pro cristis pandit proprium detorta corona
Aurū, stant harpæ manibus, stant membraq. mēbris
Ingens at clypeus fusis euoluitur alis;
Stat iuxta Bradamans fœnice insignis auita,
Quam clypeo præfert, candet hoc pectore monstrum,
Candida amazonio squallescit & aurea ferro,
Ibat Alexandri proles durissima bello,
Et Caroli sextus par bello insignis Auinus,

Ariete

Ariete qui noto, galeaq. horrebat equina,
Præreptumq. ensem cuncta vastantibus annis
Quaxat, bucephalum & scuto præportat aheno,
Bucephalum quin nomine equum frænabat habenis,
Ariodans turmis sequitur stipatus adultis,
Lorica insignis elefantis tergore nexa,
Dentibus excandet galea, clipeusq. recuruus,
Ast huius sonipes cristarum mole superbit,
Astolfus iuxta insurgit, turmasq. reducit,
Huic galea exosso candet constructa gigantis
Aetnei, vintum quem illustri vulnere maior
Strauerat, at thorax in auito est squalidus ære,
Gotho dextra quatit insignem sanguine clauam;
Iamq. armis Amadigis, iamq. Oriana feroces
Diuersis fulgent, pulchrisq. insignibus alti,
Nam surgunt galeis cristæ, ventosq. lacessunt,
Francia quare omnis, & scota, & belgica pubes,
Anglicaq. effusis distinguitur vndiq. turmis,
Quæque suos regio diuersis partibus arcet,
Stat medio Carolus mens, & vita agminis ipsa
Insignis clypeo, senior Amonius eros
Stat iuxta, siquidem magni spes altera belli.



PIETATIS CAROLI MAGNI

LIBER VIGESIMVSSECVNDVS.



ARGVMENTVM.

DIstinguntur agmina Romana turmis, Carolus & Desiderius iubsis certant, miscetur bellum oblito imperio ducis.



ISTINCTA interea opposito est gens lata leone, est
Namq. itali, & Gothi e cunctis regionibus adsunt,
Insurgunt aquilæ fusis insignibus vlnarum,
Imperium obiectu præportant, nomen & ore,
Antiquis horrere minis, ardescere vultus
Incepit generis virtute, hinc consul vterq.
Formatumq. agmen educunt mole leonis,
Statq. indignanti, similis similisq. minanti,
Magnanimus Fabius, dextraq. horrescit in ala,
Et clypeo quaxat fasces, notosq. secures,
Purpurea & dextra ingentem quatit ense securim.

At

At galea iustæ præfert insignia libræ;
Stemmate se hoc tantum signari iudicis ipso
Gaudet, se ferre ingentes, hostesq. rebelles;
Huius feruet equus hinnitu, & verberat auras,
Ipse autem quaxat immanis pondera fraxi,
Stat iuxta Horatius magni qui nominis hæres
Virtutis prolem præportat pectore auito,
Et ponte obducens proauito munus amoris
Explicat, & cælat, robur dextra quatit ingens,
Incuruus thorax sub fluctibus horret ahænis,
At galea est vortex, reduci qui fluctuat ære,
Spectares ferrum refluentes ludere riuos,
Ceruleum & nitido ferro simulare fluorem;
Annis subreptum atq. ensem patris ipse coruscat,
At sonipes oculis fulgentia fulgura mittit,
Marcellus sequitur materna prole superbum
Romani illius; quem certæ occumbere morti
Pro patria iuuit, dum Romæ sæua dehiscunt
Tartara, pertentoq. fremunt minitantia edaci,
Intrepidum hic pectus præfert, maioris & orsa
Ordine stat socio, proauita & lauda Camillus
Præportans notam galea fulgente bilancem,
At læuæ clipeum capitoli nobile castrum.
Insignit, meritumq. ornat se stemmate gestum;
Longe Agramas fulget vastato stemmate pugnæ
Externæ, atque oculis fulgens vltoribus ardet,
Insurgit galea vastata volumina versans
Serpens, & fractus linguis mitat ore trisulcis,
Per leuem clipeum fractis serpentibus hidra
Pullulat, at sonipes vibrat aspectibus ignem,

Q 2 *Nuda-*

Nudatum is quaxat ensem, nididumq. coruscat,
Gradassus sedenim se non insignibus vllis
Ostentat clarum, disciso at pectore sæuum,
Præportat clypeo vasti truncum arboris ingens
Nam patris mortem alto corde manere repostam
Sic præfert, propriaq. ardentem se asperat ira,
Aemulus huic sonipes visus ardere furore,
Insequitur Bruti proles ducissima bello
Præportat clypeo hic fasces, sæuosq. secures,
Vltorem & patriæ pugionem vmbore coruscat,
Totus Romana & lorica flammeus ardet,
At serpens galeam sinuosa volumina versans
Cingit, & insurgens linguis micat ore trisulcis,
Detorti cuius oculi lugubre rubescunt,
Dextra quirim tollit summam, quaxatq. trementem,
At læua parte sublimis Scipio consul
Purpureus cristis, sobole, & virtute cluescit,
Stemmate namq. ensem quaxat maioris ahænum,
Qui sæpe Hannibalem, francos & terruit hostes,
Effulgensq. hasta ferrum inter nubila condit,
At clypeo præfert Capitoli immobile saxum,
Obsessæ patriæ memores quo exasperet iras,
Huius stat sonipes spumanti feruidus ore,
Et sublime caput crystarum mole coruscat,
Flaminius iuxta fœnicem insigne coruscat,
Per galeam ingentem stat iapice sedula flamma,
Quæ in serpens plumas auro de pascitur artus,
Iamq. humeris terit illa caput, sub turbine læthi
Totaq. torpentes se tendere visa per artus,
Fascia cui picto verba hæc mentitur in ore

E morte

E morte ad vitam, clypeo hic insignis aheno
Auro angues, nintidamq. gerit serpentibus hydram,
Pompeius longe ferro sublimis auito
Se patriæ vltorem antiquo præportat in orsu,
Et scuto præfert nomen populi, atque senatus
Romani, insignemq. hastam inter nubila condit,
At sonipes notas scuti illas fronte coruscat,
Nescit starc loco, spirat & naribus ignem,
Tiberius iuxta insurgit sublimis bonore
Romano, & nullo se insignem stemmate præfert,
Idq. satis visum Romanis esse sub armis,
Nec cristis distinctus equus, nec pulcher achanto;
Torquatus tandem se torque insignitauita
Antiquumue decus simulato insigne coruscat,
Hic sublimis equo, galea sublimior extat,
At Princeps Græcus turmis iam latius actis
Gramineam galea quaxat de more coronam,
Consilij virtute potens, iubsisq. supremis,
Contorrent cani, venerandus spiritus oris,
Stat medius illis candescens Induperator
Aspectu, & magnum præportat frontis honorem,
Et iam panduntur forma agmina cuncta leonis,
Ipse leone nitet medio ceu regulus astrum
Cælesti, Vitiges magni spes altera belli
Stat iuxta turmis late stipantibus actus,
Huic hydra in galeam sinnosa volumina voluens
Pullulat, & roseo serpentia dimicat ære,
Prodiga sic vitæ panduntur stemmata in hostes,
Aduersos, certiq. parens audacia lethi,
Luxuriat pompins, hic versi coloribus aer

Et quocunq. potis monstro clarescere virtus,
Hic se se insignit, tacitum & praeportat honorem,
At vero monstro se quattuor Aethnaeorum
Fratres preportant conspectu, atq. aer inhorrent
Ingentes quaxant ornos, hastasq. cupressus,
At postquam rebus constant aduersa serenis
Hinc Aquila, inde leo simulati iam agmine toto;
Hinc prudens Francus & Desiderius illinc
Admonet, vt studio coeant in praelia pacto
Alterutrum alteruter turmis hinc inde ruentem
Dirrigat, & laxos reducem captare quietem
More sinant, vitanda nouo sit turba recessu,
Mutuum & auxilium praestetur, maxima cura
Sit socio sotij, interdum se in castro reducant,
Et studeant semper defessos subtrahere orsis,
Atq. id pre cunctis, iterumq. interumq. monetur
Nempe vt seruetur praescriptis partibus ordo,
Ergo vbi conceptis constarunt agmina iubsis.
Francorum agmen visum aquila, quae tenditur alis
Pronaq. libratas iam dudum constat in harpas,
Contra fronte alto, atq. iubis horrore leonem
Spectares, Goto, & Romano milite structum,
Agminis vnde ordo turmis discriminat artus;
Pulsat corda pauor, blanditur gloria cordi,
Laudibus ardentem nutrit, atq. excitat ignem
Virtus, iucundo demonstrans fronte pericla,
Illustres quare ille dolos vestigat, & ille
Vt tuba concessit medios erumpere ad hostes,
Ille hostem notum secreto corde lecessit;
Cerne hic alterutris minitentur vt ignibus ignes,

Vt

Vt captare ſtudent alternas lumina mentes,
Vtq. alacres monitis iubſa alto corde reponunt,
Non ſecus ac primas geſtarent pectore mentes,
Maius opus moneo, Henrice ergo adlabere cæptis
Munus namq. tuum canto, aſpirate canenti
Vos o Caliope, atq. meis euoluite dictis
Quæ bello excita ingenia, & quibus arſerit orſis,
Inq. vicem nūc Francus agens, nūc Ghotus, & heros,
congreſſuſq. virum, variorum & corda furorum,
Vtq. duces ſummi imperij incurrere duello,
Francus dimittit Rinaldum prima cientem
Prelia, qui aduerſos telum contorſit in hoſtes,
Tum Ghoti monitis Brutus contorquet in hoſtem,
Principium pugnæ, miſcentur prima furore
Agmina, ſed reliquæ ſeruantur in ordine turmæ,
Francus dimittit Bradamantem more furentem
Turmis ſtipatam, cui curæ inuoluere turbas,
Et perturbare conſtantes agmine Gothos,
Longe Marfiſam, quæ mixtam vt ſenſerit hoſti
Inuadat martem cingentibus, vnde reductæ
Ambæ ſe voluant, reduceſq. hoſtilia vaſtent;
At Deſiderius membrorum mole valentem
Marcellum, & turmas addit ſimul impete facto,
Quo reprimat hoſtes actos, greſſuſq. retractet,
Gradaſſum iuxta, qui ingreſſum vt nouerit vltro,
Se ſe addat ſocium, vaſtanti atq. ingruat orſu,
Francus contra Amadigim conſtantē agmine mittit,
Subtrahat vt laxos inſtanti vbicumq. labori,
Atq. vetet conferre manus, & in hoſte morari,
At ſolum auxilio ſubeuntem vbi poſcit egeſtas,

Gothus Flaminium solertibus eximit armis
Collectas turbas quo sedet, ducat & agmen,
Et valeat belli trahere, atq. vrgere labores,
Austriacum Francus inuicto pectore notum,
Ingentem numerum, medios quo firmet ad hostes,
Haerentem turmis, constantem atq. agmine secum,
Namq. hoc effugium, & spes defessos manet omnes,
Quos labor assiduus instantibus hostibus angit,
Gothus Torquatum solerti ardore cluentem,
Qui e latere turmas illustri fraude ruentes
Ducat, & ignaros inopina parte lacessat,
Francus quem contra prauertens, Ariodantem
Qui parcat conferre manum, solum omnia supra
Sit cura ante hostem proprius seruare reductum
Turmarum numerum, gressu & consistere firmo,
Gothus Tiberium medios detorquet ad hostes.
Cui cura furias elephantum dirigere aequas,
Francus praemeditans properantum robora vasta
Mittit longe Orianam constructo agmine tutam
Falcatos currus, & agentem lampada turmis,
Gothus Pompeim iaculantem flammea tela,
Quare tempestas fumantibus ignibus horret
Aduersis, circum telorum grandinat imber;
Haec inter toto concurrunt agmina motu,
Timpana tenta tonant, totum taratantarat aequor,
Tum tuba terribili tutubat iterata tumultu,
Hinnibant hilares saltantes quadrupledantes,
Hinc quales circum pluuijs hiemalibus actae
Contorrent turmae, fluitant hinc inde manipli,
Conueniuntq. duces districtis ensibus acti,

Ardua

Ardua terrarum tremitant, ruit æquore toto
Turbidum & agmen aquis aduersa parte reductum,
Et congreßum inter voluuntur vortice martis,
Nec iam iubsa petunt, nec qua vi tendere in hostem,
Omnia iamq. vna visa exhorere tenebra,
Omniaq. informans vnus concernitur horror,
Omnibus inmixtis coelum clangore voare,
Vna Aglans, Amonq. ruunt, crebberq. furore
Rugerius, contra Brutus, & consul vterq.
Opposito hinc quales properantes agmine venti
Accurrunt, offensosq. ensis turbine perflant,
Incubuere viris, cunctumq. a seddibus imis
Euoluunt bellum, voluuntq. per æquora turmas,
Nunc age quis primo se insignens eximit orsu?
Tu primum Auoli decus illud; maximus hostis
Cum se Flaminius nitenti protulit ense,
Cædibus a francis celeres vt voluit habenas,
Huic squallentem auro loricam transigis ense,
Ille fremit præceps, & nixus sepe cruorem
Longius eructat, ventis & brachia iactat,
Otho, & Marcellus iam dudum sanguine largo
Colla, armosq. lauant, nesciuntq. absistere pugna,
Tandem Otho infrendens dextrum nanciscitur hostē,
Hinc cauta aduersum sortitur cuspide pectus,
Marcellus pariter instantem vulnerat hostem,
Vnde cruenti ambo deponunt frana, ruuntq.
Astolfum interea frendenti corde Camillus
Insequitur valida prosternentem agmina claua,
Illius & ducto constas nanciscitur ense,
Fumans vnde trahit reurcato verbere ferrum,

Astol-

Astolphus illum sortitur pondere clauæ
Vibratæ, & late perculsum sternit arenæ;
Conspicit Austriacus Agramantem vulnere Belgas
Sternentem & belgo torrentem hinc inde cruore,
Irruit aduersus, Agramas tum vulnere summo
Huic gustat pectus, reuocatq. in verbera ferrum,
Tempore correpto Austriacus nanciscitur ictu
Aduersum, & lateri capulo tenus abdidit ensem,
Oscitat ille fremens, roseaq. volutus arena
Vulnus alit venis singultibus ilia mordens,
Longe Rugerius (qui extensi sanguinis author)
Et Gradassus biant sudore, & sanguine torrent,
Immiscentq. manus manibus, & pectora pulsant,
Rugerius tandem correpto tempore vultum
Hostis sortitur, ferro hinc discriminat ora,
Protinus ille cadit, oculisq. trementibus ora
Motat, sonnipedi fusas & linquit habenas,
Scipiades casum accepit, & corde reponit
Et sese vltorem laxis exponit habenis,
Sortitusq. hostes multos prosternit arenæ,
Viq. vias aperit, vestigiaq. inuia viuis,
Ariodans contra sæuum nanciscitur ipsum
Sonnipedes subito hinc aduersis vrtibus instant;
Vrtibus emoti quare ambo procubuerunt,
Insurgunt pariter, sese miscentq. palestræ
Et ductis circum crudescit pugna lacertis,
Vincere nam tarde se victum conset vterq.
Scipio at abducens librato verbere ferrum
Infixit lateri dextro, exemitq. sinistro
Voluitur in casum Ariodans, & tergora riuo

Humet-

Humettat calido, posita & ceruice dehiscit
Longe autem Decium Bradamas sic vulnerat ense,
Exigat vt totum conuersa per ilia ferrum,
Iuxta Marfisa Graccum prosternit arenæ
Sanguine torrentem, pulsantem & pectora morte,
Interea Fabius vnum se millibus offert
Sanguineas sternens turbas, & turbine perflans
Terribilis furijs vaga circum lumina torquet,
Qua summa elatis humeris stet cassis ahena,
Magna Oriana ardet tanto se opponere monstro;
Hinc mortis duræ casum, & virtutis iniquæ,
Si quantum vellem de flebile forte licebit
Dicam equidem lachrymis, quas nulla obliteret ætas,
Magna Oriana ardens qua hostili purpurat ille
Sanguine, pungit equum, tantumq. in prælia poscit,
Vibrantiq. herens scutum trasuerberat ense,
Inuadens martem galeæ, pugnamq. lacescens,
Tandem etiam Fabij strinxit de corpore magni,
Sentijt ille hostem, & subridens mole sua stat,
Siccine linquis acus opera, atque incepta Mineruæ
Dixerat, atque altum sublatus surgit in ensem
Flammeus, & clypeì tot ferri terga tot æris,
Thoratis valido & discretum tergore durum
Vbera sortitus gemina inter turgida lora
Diuisit constas, & candida pectora rupit,
Corruit in vulnus hinc morte soluta virago,
Grandineo quale decussum rore papauer,
In natiuo ostro, siue expallens hiacinthus;
Atque hic atque illic lenta ceruice dehiscit,
Heu heu cernit amans, & mortem coniugis ipsam
Accepit

Accepit corde, illius doluitq. dolore,
Quin magis vrget honos, vltorem ſe intulit hoſti,
Fœna regit miſeræ, prompto captat ſua morſu,
Quid faciet dubijs miſera dum pondet iniquis?
Hic ira, hinc pietas animum in contraria poſcunt,
Erigere hinc illam, vindictam hinc ſumere tentat,
It medius, læua cedentem ſuſtinet illam
Dextra autem vltricem minitanti verbere tollit,
Iam proprius, propriuſq. ardet, iam fulgurat ictu,
Eructans rabiem labris ſpumantibus atram,
Ille ferox, animiſq. tumens vt inhorruit iram
Obuius it furijs, librato & verbere frendens
Vibrat, & abducto ſortitur vulnere læuam,
Quæ miſeram vi ſuſtinet, ille ergo impete adactus
Corruit, hinc pronam ceruicem tranſigit hoſtis
Langueſcunt pariter, pariter ſub turbine læthi
Hinc cecidere ambo, ſors illis attulit vltro
Altera vt alterius in pectora concideret ſic,
Ille ſuam, illa ſuum alternis ſingultibus vna
Aſpicit, & nequeunt oculos auellere fletu,
Altera, & alterius moritur in pectore cedens;



PIE-

PIETATIS CAROLI MAGNI

LIBER VIGESIMVSTERTIVS.

ARGVMENTVM.

AGlans & Fabius ſternunt multos, elephantes ſuccedunt bello & ſternuntur, gigantes pariter, ſcipio reducit Deſiderium vitigem, & Vlixem in Romam, Fabius errat.

TRIPLICIBVS arrecta iubis galea eminet omnes
Pulcha alias, criſtaq. minas bine inde coruſcat,
Ethnaq. depictum vero nunc explicat igne,
Sydereis ardent facibus iam lumina ſæua
Aglantis, imo ferueſcunt igne pupillæ,
Sanguineo lugubre rubent ſparſa arma cometa,
Aſt clypeus vambone micantia fulgura mittit,
Ille minus ſæuus diſtricto fulmine dextræ
Sonnipedem ſocio flammantem ardere per hoſtes
Victor agit latis ſpirantem naribus ignem,

Libra-

Libratoq. errans molitur fulmina ferro,
Qualis mars equitans sydus lugubre rubescens,
Fulgureis giris rotat ensem flammeus Aglans,
Et rotat ense nitor ceu ferrata iride circum,
Mille trhaens varios discisso ex hoste cruores,
Talia per Gothos dum edebat funera victor;
Inuictus Fabius furijs accensus & ira
Huc illuc varios sternebat vulnere Francos
Nec cuiquam est virtus tanto se opponere monstro
Is sudore suo, atque alieno sanguine torret,
Non vibrat ferrum vitæ ni stamina truncet,
Stamina nec truncat, socios quin vulnere scindat,
Nec socios scindit, ni stragem hinc inde coruscet,
Plura tamen furiæ desunt, dextræq. furenti,
Prostratum maior numerus, quam sæpe cadentum
Ictibus vsq. fremens tempestas ingruit ensis,
Ceu drago, qui rabidus linguis micat igne trisulcis,
Quas celer implicito discriminat vna rotatu,
Sic triplex ensis celeri sub verbere visus,
Sic lugubre rubens, sic crebris ictibus actus,
Sanguinei ardescunt oculi, atque ardentis ab ore
Scintillæ absistunt, quacunq. is se arduus infert,
Talia per campum confuso Marte geruntur,
Præfractis hastis, præruptis ensibus, armis
Vastatis, truncis membris equitum, peditumq.
Insurgunt colles, tumulantur & vndiq. aceruis,
Semineces alij singultibus ilia mordent,
Languentes alij sub pondere lumina linquunt,
Stat sonipes domino implicitus mole vrget iniqua,
Ipse alia vrgetur, mixtus iacet hostis ad hostem,

In

Indiſtinctus hiat per deuaſtata voatus;
Ad circum ſpumat nigranti flumine ſanguis,
Has inter ſtrages Pompeium conſpicit altum
Rinaldus valido, & ſternentem vulnere turmas
Ille autem indignans proſtratos lumina torquet
Ingentem querens hoſtem, cui pectore virtus,
Ocyus aduerſi incurrunt, pugnamq. laceſſunt,
Procurſu rabido præfractis cominus haſtis,
Pectora pectoribus præfractaq. quadrupedantum
Dant ſonitu ingenti murorum more ruinam,
Præcipitantlonge Francus, Romanus & heros,
Acrius at pugnæ ardentem ſe accingit vterq.,
Conſtit in neruos, extemplo incuruus vterq.,
Brachiaq. ad ſuperas librauit vulnere criſtas,
Adducunt longe capita, ferroq. fatiſcunt,
Multa viri inter ſe nequicquam vulnera vibrant,
Multaq. thoraci ingeminant, vireſq. fatigant,
Aſſiduus feſſos tandem labor irrigat artus,
Erranteſq. viri ſingultibus ilia pulſant,
At non his cadunt ſed contra audentius inſtant
Ardentes, totis in vulnera viribus itur,
Emicat, atque impune putans & verbere ſummo
Incuruus validum Romanus ſurgit in ictum,
Sic ratus inſtantem valido diſcindere ferro,
Quem contra inſurgens ductum Rinaldus in enſem
Adducit retro cubitum, & ſe vulnere librat,
Ille autem prudens furijs arcetur in ipſis
Se læuum voluens, tentanſq. eludere ferrum
Innitens, ſedenim dum geſtu ſe mouet illo
Rinaldus promptus correpto tempore vibrat,

Vibranti

Vibranti vibrat Pompeius,verbere pectus
Sortitus Franci costas discriminat ense,
Francus at aduerso ferrum sub pectore condit
Atque instans humero, capulo tenus abdidit ictum,
Ast illo trepido laxantur frigore membra,
Vnde ingens rosea procumbit versus arena,
Aspicit hoc Brutus percussus pectora casu,
Vltorem hinc sese laxis præportat habenis,
Interea Orlandus spectaculatus in agmine longo
Irruit aduersus, hostis iam conspicit hostem;
Ardentes oculorum orbes hinc inde coruscant,
Incensi aspectus aduersa incurrere flamma
Incipiunt, aduersi crudescuntq. tuendo,
Haud mora concurrunt, cœlum tonat omne fragore
Concursus, validis scintillant ictibus enses,
Quales Enceladus, & dites prælia miscent
Hic ructans, ille contorquens fulmina, tales
Ardentes enses contraria fulmina mittunt,
Ardet apex capitum, scintillant ictibus arma,
Igne rotant enses, sonitusq. imitantur olympi,
Sonnipedes socia veluti sub mente furentes
Obuersi huc illuc nitentia ferra secundant,
Hic galea Athnæos eructat faucibus ignes,
Hinc oculos serpens, suffectos sanguine & igne,
Iam bellum exardet rabidum, sed flammeus Aglans
Alte sublatum consurgit totus in ensem.
Et germinos duplicans connixa in verbera pulsus
Punguit equum,Brutus in pectus dirrigit ictum,
Ensibus ambo ruunt, primus sed verbere Francus
Sortitus clypeum, tot ferri terga tot æris

Cassidis

Cassidis intexto, & surgentem fornice conum
Et mediam nitens gemina inter tempora frontem
Diuidit, ingentes producto & vulnere malas,
Sanguinis ille vomit riuos, largumq. cruorem,
Corruit hinc Brutus, sonitum super arma dedere,
Non secus ac moles amnorum pondere adacta;
Sanguineis pannis elephantes agmine facto
Succedunt pugnæ, inuadunt francos & ouantes
Extemplo frontem demissi in brachia sistunt,
Atq. petunt prona proboscide bella, virosq.,
Aduersum sternunt, nec cuiquam accedere mens est
His proprius tanta se mole forentibus vltro,
At iaculis, telisq. procul torrentibus instant,
Perculsi voluuntur equi, spernuntur habenæ,
Tollunt se arrecti iactantes brachia ventis,
Euersosq. super equitantes molibus vrgent,
Heu nimium vanis nitentes ensibus instant
Aduersi, quamuis concurrere cominus audent,
Queis virtus, pulchrumq. mori succurrit in armis,
Namq. illorum alius proboscide prensat ahæna
Aduersi pectus, alius hic iactitat inde
Prensatum, hic cæde totum dispergitur æquor,
Tales naumachiam aduersi super æquora venti
Discerpunt, variisq. agitant erroribus actam,
Tunc Itali placidam lenti captare quietem
Incipiunt læti, franca & gaudere ruina,
Franci, namq. duces queis virtus maior & orsum,
Impliciti ducibus Italis sua bracchia iactant
Auxilium & nequeunt præstare ruentibus vltro,
Præscriptis tantum monitis quod restat egeris

Obijciunt currus, falcatos ordine vinctos;
Rugerius sedenim qui ignarus cedere sorti,
Vltro animos tollens fidens fert pectus in ingens
Monstrum, quod valida voluit proboscide cuncta,
Aduerso aduersus elephas ceruice dehiscit
Ocyus, & prona nitens in brachia sistit,
Ille autem vt vidit, quendam clipeum obijcit illi,
Ast elephas rapiens tollit proboscide iactans,
Instat Rugerius correpto tempore, & inter
Brachia crudelis monstri se voluit inhærens,
Et quoniam nouit illas sine poplite costas,
Et pectus tenerum supremis viribus instans
Ter quater exegit per mollia tergora ferrum,
At cum elephas voluit proprios consistere in artus,
Hostem quo hærentem inserta proboscide captet
Voluitur innitens (nequijt nam tendere neruos)
In terram, ingentem sonitum dat mole ruinæ,
Conuertere oculos Franci, plausumq. dederunt,
Hic recalent animis, audentq. incurrere monstris,
Victoremq. illum læto clamore salutant,
Ergo in monstra ferunt fidentia pectora, & vltro
Audentes constas monstrorum congrediuntur,
Figentes iugulos, prostrari hinc vndiq. moles
Castri vastati in morem, quod fœdulus ignis
Inserpit soluens turres radicitus ardens,
Iam Desiderij monitis insueta frementis
Quattuor Aebnæi fratres capita alta ferentes
Succedunt pugnæ, baculosq. in nubila condunt,
Victoresq. pectunt Francos, martemq. lacessunt;
Aethnæus primus annosam molibus ornum

Extu-

Extulit, hanc vix octo homines ceruice subirent,
Rinaldum spectat victorem, accenditur ira,
Immane hinc pondus librato vulnere tollit,
Et geminos duplicat pulsus, totusq. dehiscit,
Intumuere alti venis turgentibus artus,
Hinc oculo galeam Rinaldi seligit altam,
Ille autem admirans, (ignarus namq. timoris)
Incurrit, vastoq. audet se opponere monstro
Arsit corde gigas, audentem vt conspicit hostem,
Clamorem immensum tollit, quo verberat astra,
Rinaldus giro innixus iam dirigit hastam,
Vt proprius astat telum facit, irruit vltro,
Intrat eques latum costarum fornicem, & hastam
Infigit costis, ille autem in verbera praeceps
Corruit, atque ictum tenues dispergit in auras,
Sed gemini pulsus cursoris terga mentis
Sortiti affligunt, conducto & verbere sternunt,
Eludit Francus saltu voluente periclum,
Protinus ense ferox in vallem poplitis altam
Irruit, atque acta vertebrum cuspide frangit,
Aethnaus sedenim prensantem dirigit harpam
In Francum, digitis & iam prensasset aduncis
Poplite subsidens Rinaldus ni ense fugaßet
Dextram, inde adducto libratus vulnere ferrum
Surgentem in vultum rabie, atq. insueta frementem
Sortitur lumen, torua quod fronte latebat,
Atq. animus fidens, capulo tenus abdidit ensem,
At monstro tenebris nigrescunt omnia circum,
Id frendens manibus circum prensantibus errat,
Protinus Aethnaeo fratri subit ira cadentem

R 2 Vlcisci

Vlcisci fratrem, rabidas & sumare pœnas,
Hinc linquens baculum duo corpora magna virorum
Ad saxum frangit, & paruos corripit enses,
Quos postquā manibus nequicquam ingentibus aptos
Agnouit, posuit, & fretus viribus errat,
Victoremq. petit Carolum & speculatus anhelum,
Irruit atq. alto se instantem pondere præfert,
Nam ingentem quaxat turgenti mole cupressum,
Vastatis tandem turbis, quas repperit vltro,
Vt nactus Carolum valido illi verbere nixus
Prostrat equum, atq. illum recubantem voluit arena,
Insurgit Carolus generosa audentior ira,
Aduersumq petens degustat vulnere costas,
Monstrum autem frendens repetito verbere vibrat,
Opponit scutum Carolus, & se arcet ab ictu,
Moles sortitur scutum, hinc ceu futilis ictu
Frangitur, & multo consperſit fragmine terram,
Nam hoc virtus scuti præstat, & gesta nepotum,
Segnius haud instat Carolus, harpisq. furentem
Vulnerat, & pronum sortitus cuspide lumen
Transigit, hinc monstro soluuntur frigore membra,
Ingentemq. ruens magno vomit imbre cruorem,
Tertius hinc superat, cui maior pectore virtus
Dentibus infrendens sæui monumenta doloris,
Exuuiasq. hausit, Aglantem conspicit, vnde
Certius inuisum quo sese ferret in hostem
Quo via virtutis nulla, quo nulla fugæ spes
Hosti adsit, baculum linquens se librat aduncis
Harpis, vestigatq. virum, contra ille repugnans
Prensantem dextram ferro minitante fugabat,

Et

Et ſic aduerſis errabant artibus hoſtes,
Verum vbi nulla datur monſtro affectare facultas
Contollit ſaxum, non parui viſcera montis,
Veſtiganſq. hoſtem prono ſe verbore librans,
Aglans vt ſentit ſubitis calcaribus intrans
Illidit genibus iam tum ſurgentis in ictum,
Impete at is præceps, inopino & verbere præceps,
Librato inſtantem ſeſe deuoluit in hoſtem,
Amplexuq. illum ſubeuntem corripit, Aglans
Se deturbat equo, hinc Aethnæus equũ accipit, Aglãs
Elapſus pronum ſortitur verbere frontem,
Et totum exegit ſupremis viribus enſem,
Voluitur hinc monſtrũ lætho, & ſe ſanguine ſpargit,
Iam ſuperat quartus frater, qui dum agmina ſternit
Ingenti baculo caſus non ſentijt illos,
Vt tandem agnouit pauitantes, morteq. ſtratos
Vltor adeſt crebra immiſcens offenſa ruina,
Hunc autem aſpiciens Auinus corripit haſtam,
Sonnipedemq. citum ferrata calce fatigans
Irruit, atq genu ſortitur verbere largo,
Infigitq. haſtam, Aethnæus proſteanitur ingens,
Huc illuc vano contorquens brachia nixu;
Segnius haud inſtat Francus, & tela coruſcans
Ingentem valida ſortitur cuſpide frontem,
Aſt illi gelido labuntur lumina lætho,
Iamq. elephas ſuperat monſtris, qui more dehiſcens
Huc illuc raptos valida proboſcide iactat,
Conſpicit hunc ardentem Berlingherius hæros,
Vltro animos tollit, ſolerti & corde ruentem
Circuit, & qua ſit fortuna facillima tentat,

Quasecunq. furens præfert proboscide monstrum
Hac heros sequitur, telo vestigia librato.
Affectans, celeresq. mouens detortus, habenas,
Mille fugit, refugitq. vias, & feruidus istat,
Hæc inter elephas vicinum sentijt hostem,
Irruit instanti nitens proboscide, at ille
Libratum telum summa contorquet ab aure.
Et medium valido sortitus verbere frontem
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena,
Interea Francos inter, Belgasq. frementes,
Consul vterq. ruit, & sæuo purpurat ense,
Et ni maiores surxissent montibus vmbræ
Pernicies Francos aduerso marte tulisset,
Scipiadi ast animum patriæ pietatis imago
Induperatoris strinxit, Græci, Vitigisq.
Suscipit hinc illos desertis cædibus vltro,
Et multos socios Francorum subtrahit orsis,
Horatius iuxta, sociusq. comesq. reducit
Iactatos socios, Romaq. immittit anhelos,
Durare, & rebus se vult seruare secundis,
Non minor est siquidē virtus, quam tendere contra,
Interea victor Carolus pietate debiscens
Iactatos socios huc illuc colligit omnes
Dicitur hinc victor, victoremq. antra canebant,
vlterius vetat ille odijs iam tendier vllis
In stratos, pietas siquidem sic imperat ipsa,
Et charitas, postquam obiectum sibi postulat illud,
Vnde prius victor ingenti nomine fertur
Inde duces iubsit simili pietate souere
Prostratos, hostes, cuncti præcepta facessunt,
Ecce

Ecce autem tenebris nigrescunt omnia circum,
Suscipit hinc Carolus hostes, pietate deiscens
Et reddit socios castris, hostesq. receptos,
At Fabius fretus virtuti tendere contra
Vltro audet, valido posternens turbine francos,
Decreuitq. mori, tenebris ast aer inhorrens
Prospectum eripuit, quare ardens orsa retractat,
Se ferre in Romam at perculso corde fremebat,
Et secum voluit qua tandem morte cluescat
Se indignans laxum, sed qua vi tendere in hostem,
Aut virtute viam petere qua nescit anhelus,
Illius at fessos quatit æger anhelitus artus;



PIETATIS CAROLI MAGNI

LIBER VIGESIMVSQVARTVS.



ARGVMENTVM.

FAbius errans captat quietem,genius ducit illum in Romam, ſpe Vliſſis Romani muniunt vrbem Franci moliuntur tormenta belli, Carolus inuadit vrbem,Scipio cadit ſub Rinaldi vulnere, Fabius ſub Aglantis, Horatius captiuus ducitur, Carolus capit vrbem & Deſiderium benigne excipit.



ALIA dum voluit fuſis conſpexit habenis
Sonnipedem errantem, ludũt per colla per armos
Cui circum crines hinc inde monile ſoluti,
Attamen ardentes oculos frontemq. ſuperbam,
Hunc voluit ſuperare, tamen quo ignotior erret
Linquit, pergit iter quacunq. vmbracula ſpectat,
Vaſtatis armis ingentem hinc inde ruinam
Præportat, Romam & vaſtatam pectore in ipſo,

Iamq.

Iamq.indignanti,similis ſimiliſq.frementi
Inuitos flectit greſſus, atq. æſtuat ira
Qualis depaſto lupus it detrurſus ouile,
Quem dudum pauit dulcis præda, improbus oris
Immundi nutriens, rabiemq., ſememq. cruore,
Iamq. vt tela ſinunt ſe tempeſtatibus arcet,
Huc illuc magno curarum & fluctuat æſtu,
Vicinum petit inde antrum quo ponere ſeſe
Armatum valeat, ſeram & captare quetem,
Vulneribuſq. herbas, pro noto rore ſalubres,
Ergo ingens ſolijs quondam ſurgentibus altus,
Nunc antrum ingreſſus tentat captare quietem,
Sed non cura ſinit, patitur nec flammea virtus
Humentes ſomnos, nec ſerpere pectora noctem,
At tandem feſſos artus nox acta ſoporat,
Ecce autem hic ſonitus deturbat pectore ſomnum,
Vix iucunda illum paſſus componere membra,
O conſul, conſul talem captare quietem
Temporibus differt placidis, iam deſere noctem,
Cum externæ gentis iuga ſuffert aduena Roma
O ſic lente tua, & qua tanta mina tuorum
Qua ſtrages propriæ, tu captas dona ſoporis?
Talibus auditis conſul mirantia voluit
Lumina, & aſpexit vultus ſenioris honorem
Longeuum incuruum ſenio, ſtat læua reducta
Fago, & congreſſus ducit de more labores,
Hæc conſul, hominum quis nam? quæ dicta de diſti
Tum ſenior, Romane tui noſco orſa furoris,
Virtutis mihi cura tuæ, iam deſere cepta,
Te crede his canis, ſecretum ad menia Romæ

Te

Te ducam, & tutum patrio te limite sistam,
Ille ego sum genius, qui Bruto in turbine Romæ
Apparens monui quid fati poſceret ordo,
Iamq. tibi, (ne vana putes hæc fingere ſomnum)
Aſpice nigrantem fuluo ſplendore quadrigam,
Hæc te tuta manet, iuxta miraberis artem,
Iamq. tibi reduces ſocios, multoſq. reductos
Nuntio, & in tutum fatis melioribus actos,
Talia dicentis aſpectu immobilis illo
Pendebat conſul, dij noſtra incæpta ſecundent
Tandem letus ait, qua ducis fortis abibo,
Tum ſenior phiala accepta, quam forte gerebat
Vulnera perfudit ſucco, vaneſcere poenas
Obſtupet hinc conſul, ſomno & ſerpire ſalutem,
Tum currum aſpexit cimbæ, de more tumentem,
Spumea ſonnipedes mandunt ſub dentibus aura,
Iam pariter currum ſuperant, & ſedibus hærent,
At ſenior dat fræna illis, mirabile dictu
Extemplo inſurgunt, raptantq. per aera currum,
Talia miratus conſul his ora reſoluit,
O quicunque ſies, cæli cui ſydera nota,
Naturæ & vires, Romæ ſi tangere cura
Te vlla poteſt, miſeri poſt tot diſcrimina belli,
Quem feſſis finem rebus feret vltima virtus?
Mœnia fatali iam dudum emota ruina an
Ponent, an velient capitoli nobile ſaxum
Fata, atq. extremo mot atu Roma deiſcet?
Cui contra hæc ſenior non hoc ſæua aſtra dederunt,
Reſponſis horrent dium ſtatuæ, atq. ſtupeſcunt,
Nec tibi delato Ortigiam dicturus Apollo

Hoc

Hoc canet, ille etiam miseratus Cæsare. Romam
Extincto insiluit, fatorum arcanaq. pressit,
Tu ne cedde animis, sed contra audentior instans,
Qua tua te fortuna sinit virtute cluesce
Romano claudens Romanam funere vitam,
Sternit iter pietas, animosaq. pectora firmat,
Ille autem contra non me obliquare repulsa,
Non me cedentem aspicies crudelibus astris,
Vt libet fortuna rotet dextra, atq. sinistra,
Talia sic secum vario sermone ferentes,
Deuenere loci, qua surgunt cædis aceruis,
Vnde iacere vident discissa insignia late,
Torrentes francos per fortia pectora gressu,
Romanos stratos ructare prementibus ansam,
Victores ferre morientia lumina seuos,
Semineces artus subtractu hinc inde trementes,
Incensa hinc rabies illo, subit ira cadentem
Vlcisci Romam, furijs hinc seuus & ira
Insurgit sede, & prensatum flammeus ensem
Stringit, præcipitem se casus voluere in illos
Nixus, tum senior subita ratione coercet
Bacchantes iras, monitis perstringit & orsa,
Et tandem ventum senior qua dirigat illum
Deserto hinc curru vmbram, fornicis ingrediuntur,
Caligat longus nigra hic formidine lucus,
Ibant obscuri saxosa nocte per antra,
Inde vbi venere admedium longæus it vltro,
Atq. virum excedens baculo vestigia tentat
Et læua dextram illius prensatq., regitq.
Incurui incedunt, dubijs & gressibus errant,

Consul

Consultum indignans generoso subdita corde
Has rumpit voces, mediijsq. insistit in umbris,
Quam pro me geris hanc tandem te ponere curam
Te iuuet, o senior, qui me furtiua per antra
Incuruum ducis, nostræ addens tanta repulsæ,
Est hic est animus vitam pro laude paciscens;
Forsitan ense viam meliorem ad mœnia strabam,
Loricas inter, & mille sequentia tela,
Tum contra senior animi, & virtutis abunde est,
Adueniet iustum pugnæ, ne accerse periclum,
Non frustra ignotum te duco, parce furori;
Iam ventum qua nube caua speculeris amictus
Induperatorem iactatum turbine rerum,
Concilium & miserum voluens sub pectore damna,
Tum senior nebulæ circum diffundit amictum,
Ne quis presentes contingere lumine posset,
Ascensu hinc superant qua accito haud mollia coetu
Res agitur, Romæ deuita & nomine certant,
Consilio patres animis, sed robora pubbis
Induperator adest medius, moestusue quiescit,
Atq. dolent socio pariter languore seniles
At contra insurgit celeri virtute iuentus,
Et præceps animos, & fortia bracchia iactat,
Hæc inter solio Induperator fatur ab alto,
Ante quidem summa de re statuisse decebat,
Et vellem, & fuerat melius non cum imminet hostis
Obsessæ Romæ, & sub nutu casus cunt res,
Bellum importunum bellum aduersantibus astris
Heu gerimus, fabri nostræ nos mortis iniquæ,
Iam expleti ardores, certatum est corpore toto

Iam

Iam regni, duxitq. senes furibunda iuuentus,
Nunc quæ præcipitem firmet sententia mentem
Expediam paucis, & vos extrema docebo,
Iam spe è suprema cecidi, iamq. omnia mortem
Instantem intentant, ruit alto a culmine Roma,
Sat Romæ, imperioq. datum, capitolia dextra
Si poßent vlla, hæc etiam defensa fuissent,
Iamq. mihi visum crudele eludere fatum,
At vos in melius (potis est si hæc) dicta referte,
Talibus his dictis petit alto arde dolores,
Et se auditorem tam mille frementibus offert,
Ocyus insurgit dictis his Scipio, honorem
Quis non credat emi bene vita, quis ne videret
Se spolium, inuisam non ponet pectore vitam?
Num vellē hanc animā quæ hostilia vincula ferret?
Vsq. adeone mori miserum est? vt seruitium hostis
Malimus? absit sed enim a virtute tuorum,
Quæ mora iā moriamur, & in media arma ruamus,
Feaite ne pedibus melius occumbere lætho
Ponendo generosam animam, quam turbine læthi
Compressam pedibus vitam ructare prementi,
Quod si me solum franci in certamina poscunt
Ibo animis contra, Romano & funere viuam,
At senior Vitiges senio vastatus iniquo
Has rumpit voces perculso pectore languens,
Rem nulli obscuram, nec acutæ mentis egentem
Consulis ò æque Romæ, atq. tui Induperator
Clarior aduersis rebus, quam sepe secundis,
Nam vera audaci virtus ignota iuuentæ,
Cum cœlum aduersum, cum sidera coniurata,

Quid

Quid miseros toties in aperta pericula mittit?
Quis casus Priami, infœliciaq. Hectoris orsa
Bellaq. iam fama totum miserata per orbem,
Temperet a lachrimis se secum expensa reuoluens?
Hæu quoties medio versatur turbine læthi,
Heu quoties fessus repetita per orsa recumbit,
Gentilis tuus ille, illius sanguine ducis
Progeniem tantam, totq. infœlicia auita,
Fatalem Aeacidem manifesto numine ferri
Nouerat, illius dextra & se animam effusurum,
Segnius haud quicquã instat, & illũ in prælia poscit,
Nil intentatum, nil tandem linquit iuansum
Virtuti fidens, vitam & pro laude paciscens,
Heu nichil audendum siquidem crudelibus astris,
Et tandem quali conclusit funere honores?
Raptatus bigijs, varij ludibria lutus
Sanguinei, atq. pedes traiectus lora tumentes
Coniugis & populi, intentumq. ante ora parentum
Eloquar an sileam? dij talem auertite casum,
Inq. meum potius omen conuertite pectus,
Forsitan & Priami fuerint quæ fata cluentis
Imperio, atq. armis; qualis tulit exitus illum
Regnatorem Asiæ natorum ad funera posces?
Heu quis non queritur rutuli infortunia regis?
Heu quæ magnanimo consurgens pectore virtus,
Quæ ratio atq. illi sincero corde reposta
Defuit, externis transcribi sceptra colonis
Dum negat, & merito quæsitas sanguine dotes
Exposcit, bello vt iusto sua regna tuetur,
Et se nascentem patria consistere terra,

Quas

Quas poenas dedit infoelix culpæ inscius vllæ?
Quid memorem infando quæ passus turbine læthi,
Ictu fractum ensem. fatalis verbera diræ,
Obscenum frigus ante hostem membra soporans?
I nunc & confer pulchræ virtutis honorem,
Heu taceam, taceam quænam ipso orarit ab hoste,
Et quæ præbuerit spolia, & quæ respuit hostis
Fatalem intorquens strato sub pectore ferrum,
Quid dicam his dictis vestris expendite curis,
Et quæ fatali nunc sit sententia bello,
Talibus his dictis, sensus & fraude reposta,
Annuebat pacem francorum à rege petendam,
At Fabius (grauiter frendens qui hæc aure bibebat)
Longæuo indignans fatur quæ infanda, profatur?
Non patiar; senior virgæ tum verbere prompto
Prærumpit nubem, nube ipse euasit in auras,
Ecce autem ante oculos oritur spectabile monstro
Inuictus Fabius generosa feruidus ira,
Qualis in Oceani ponto luctantibus austris,
Vndarum nauis alternis rupibus acta,
Si forsan subita se promat lampade Pollux,
Deponit lachrimas, mittitq. e pectore pænas,
Haud aliter cætus viso se se beat illo,
Is Vitigem incusans dictis his ora resoluit,
Quis timor? oppobrio cur intenta hora tenetis?
Est hic, est senior virtute insignis Vlixes,
Qui Romam late armabit munimine tali,
Vt nihil horrescat tormenta, huic credite vos met,
Tum Desiderij recalet spes, vndiq. sperant
Iam cunti & corde haud pauido tormena morantur,

Hæc

Hæc inter ſiluam franci petiere magiſtri,
Qua deuaſtati ſparguntur tempore rami,
Inſtant ardentes operi, pars fingere ligna,
Moliriq. trabes, procera & ducere filo,
Pars optare locum moli, atq. expendere ſulco,
Iamq. rotas alij efformant, alij alta theatris,
Fundamenta locant turris, ſternuntq. columnas,
At poſtquam trabibus conſtarunt omnia ductis,
Inſurgunt moles monſtris ingentibus altæ,
Primum hic mole tumet tabulato corpore monſtrũ,
Quod textum ætnæo conſurgit vertice ſummum,
Intus & igniuomis ſimulatum eſt ætna ruinis,
Turbinem & eructat piceum candente fauilla,
Implicitis iaculis & vibrat flammea fruſta,
Interea geminis conſurgit turribus vna,
E cuius medio antennis ſtat quattuor ingens
Contextus aries, ſeque in ſua vulnera librat,
Nec minus inſtructum eſt ſtipatis pallio lignis,
Quamuis non ducta mole diſtenditur ingens,
Sed rebus compacta iacent ligna omnia ad artem,
Non longe ſternunt varia teſtudine tecta
Immixtis cratibus, & trabibus fornice ad actis,
Et validas ſcalas duplicato corpore firmant.
At non interea proſtabant pectore ſomnum
Romani, & Goti, rerum græcuſq. magiſter,
Dumq. hoſtes ſudant, ſocijs ſudoribus ipſi
Mœnia confirmant, & propugnacula iungunt,
Tum preter mixtos diuerſi ſulfuris ignes
Mœnia quos circum ſternunt hinc inde magiſtri
Fornice in ardenti, atq. oleo pinguente tepentes,

Aerea

Aerea scuta rubent, grauibus cumulantur arenis,
Subiectisq. fremunt flammis, quas pallio vecte
Contorquens latam sparget fuso imbre ruinam,
Lampadibus contra ne inimicus corruat ignis
In muros, ducunt per mœnia cuncta canale,
Atq. locant tumido salientes flumine linphas,
Parte alia cogunt tumulis immania saxa,
At circum longa sternuntur mole bipennes
Vectibus elatæ, & protensæ, vt prændere funes
Arietis eualeant, abducta & vellere falce,
Atq. ea diuerso penitus dum marte geruntur,
Magnanimus Carolus turmis vagus occupat æquor,
Et giro elongat equites, peditesq. reducit
In medium, moles propriores eximit vrbi,
Collibus elongant torquentes spicula cornu,
Sublimesq. locant latis stationibus actos,
Hostilem insultum turma vt stipante morentur,
Atq. equites giro effusos hinc inde ministrat,
Interea ingentes animos queis maxima virtus
Præsens vicinos congressibus eximit vrbi,
Ocyus insurgunt constructa mole magistri,
Inuaduntq. rotis gressus, & strata viarum,
Iamq. rotæ fremitant vasto sub pondere, iamq.
Incedunt turres cælo capita alta ferentes,
Atq. insigne crucis vexillis vndiq. pandunt,
Tolluntur pontes capud inter nubila condunt,
Quare caucaseos montes, sic ire reuulsos
Spectares, pelago credas, aut nare supremas
Cycladas, & liquida mentirier æquora terram;
Omnia quæ Carolus secum sub mente recursat,

Exin cuncta videt rebus constare serenis,
Dat signum, bellumq. haud ignaro, mouet hosti,
Intenti pontes in saltum ex ordine pendent,
Arietis adducti pondus se vulnere librat,
Scorpio contortis contendit tela lacertis,
Cura balistra suum librat harpagine saxum,
Pallio conceptis turmis in summa minatur
Moenia, praestricto iaculo catapulta fatiscit,
Mille adsunt scalae muris testudine tutae,
Distinctae turmae circum praecepta facessunt,
Ast vrbs interea secretis fraudibus instat,
Aerea scuta rubent, calidis turgentia arenis,
Arietis adducti librantur pondera nexa,
Praecipites lapides connixi in verbera pendent,
Falcibus inuigilant ductis hinc inde magistri,
Perstrinctum flumen turgenti culmine surgit,
Pandite nunc Helicona deae, vatemq. monete,
Quae iactu excitae flammae; quem quemq. secutae
Implerint caelum tela, quibus omnia iam tum
Floruerit facibus bellum, quibus arserit armis,
Primus & aduersam telum qui torsit in vrbem?
Namq. deae scitis memores voluentibus annis,
Nobis languentis famae vix annuit aura,
Aglans ardentem coniecit lampada princeps,
Contra vrbs aetnaeis eructat molibus ignes,
Vix haec incurrunt, cum effusis imbribus alta
Tempestas telis, tempestate aer inhorret,
Ardua terrarum tremitant, tonat omne fragore
Caelum, hinc eripitur subito caelumq. diesq.
Pugnantum ex oculis, iaculis nox incubat atra,

Turbine

Turbine iam fumant piceo, & cundente fauilla,
Omnia, iamq; globi flammarum ſydera lambunt,
Omniaq. inuoluit fumus caligine cæca,
Ecce autem vigili inſurgit Amone iubente
Turribus e medijs aries, atq impete præceps
Contorquet pondus, terebranti atq. ingruit ictu,
Sortitur latera, & deguſtat vulnere Romam,
Tormento tum ſaxa fremuerunt concita adacto,
Diſſultant crepitus, fruſtis & grandinat aer,
Hunc contra oppoſitis ſurgens è mœnibus alter
(Aduerſi monitus prudentes propter vlixis)
Verbere ſortitur, procero qua arbore turris
Extat, & adductos ſtringunt tabularia nexus,
Quare contremuit motatu turris adacta,
Et iam concuſſo ceſſiſſet corpore terræ,
Ni validum vinclum repetitum fornice crebro
Strinxiſſet molem, mole & ſiſtiſſet in ipſa;
Romani interea repetitis viribus inſtant
Conſilio vitiges, iam tum dubitata frementis,
Rurſus ſublatum tollunt ad ſigna mucronem,
Rugerij at monitis francus de more miniſter
Arietem & extollit, conuerſo librat & ictu
Vinclorum in girum qui ſtringit pondera nexa
Tempore correpto ſimul hic, ſimul intonat ille,
Funibus infractis, aries Romanus & exit,
Et prono erumpens telum ſe verbere prefert,
Sortitus molem fractam hæſit totus adactus,
Obuia multa virum dimittens corpora morti,
Arietis at franci elatum vaneſcit in ictum
Pondus, & erumpens arcentia vincula rumpit,

Impetus, & summo sortitus moenia casu
Astantes late pinnis deturbat ab altis;
Interea vario redeuntes impete moles
Ferratæ, muros ictu geminante fatigant,
Hinc magna emoto procumbunt ordine saxa,
Queis tandem excisis sub nexu firma cauantur
Mœnia, & ingentes lato dant ore fenestras,
Belli tormenta aduersa iam parte feruntur
Hinc Carolo atq. illinc Desiderio mandante,
Scorpio contortis contendit tela lacertis,
Inde furit liber iaculis, & qua data porta
Ingreditur valido præsentes verbere sternens,
Tum socijs catapulta tonat tenta vndiq. telis;
Aduersa opposito concurrunt verbere tela,
Et sæpe ingenti sonitu dant fracta ruinam
Hæc inter senior Francus vult pontibus vti,
Protinus insurgant pontes, & turribus actis,
Distentoq. globo late se in nubila condunt,
Occubituq. cadunt in muros, pondere adacti
Hinc proprio insidunt, aperit se maximus inde
Fornix atq. viam sternit venientibus altam,
Quis cladem illius pontis, quis funera dicet?
Calliopes dicat nunc magna pericla ruentum,
Corpora nunc casu late discissa supremo;
Austriacus Princeps iam supra pectore forti
Exultat gladio, socios atq. arrogat orsis,
Vix iam tum prima gustabat moenia planta
Cum Horatius qui vrbis claues acerrimus vnus
Induperatoris concesso munere gestat
Irruit, aduersoq. ingentem hostem impedit ense,

Austria-

Auſtriacus illum, ſed pugna vrgebat iniqua,
Moenibus atq. ſuos iam iam immittebat anhælos,
Ille autem aſpiciens ſuperantes latius hoſtes
Virtute tentat, geſtiſq. clueſcere auitis;
Rumpite pontem inquit ſocijs, tunc ocyus illi
Præcipitem vario nitentes vecte faceſſunt
Solus dum Horatius ingentes ſuſtinet hoſtes;
Auſtriacumq. inſtantem, & mortem corde moratur
Præcipitem, & caſu iam iam ſe voluere lecto,
Auſtriacus ſed enim generoſo audentius orſu
Inſtans intrepidam mentem iam præcipit hoſtis,
Ingruit inſiſtens, ſaltu ſe immittit & vrbi,
Horatius ſedenim librato vulnere iam tum
Intrantis terga ſcindebat verſus in ictum,
Cum præceps moles euerſo fornice prona
Corruit, atq. ſolum nitenti ſubtrahit illum,
Præcipitemq. rapit, & francos turbine verſat;
Attulit hoc illi caſus de more frementem
Marfiſam vt longe caderet, captius ab illa
Ducitur, is ſedenim præfacto pectore languens
Aequalem guſtum premit alt[illegible] orde dolori,
Atq. illæ obuerſus languentia lumina figit
Atq. vigorari ſe obiectu ſentit in illo,
Illa hoſtem ſpolians lorica, atq. enſe tacentem
Incidit in claues vrbis, & ſuſcipit ardens,
Et tradit ſocijs, ſpolia illi more ſalutant,
Ille manum patitur, ſpolijs at victor opimus
Nonunquam tantum gauiſus, ſe ſpoliari
Quantum is dextra illa, ingentis virtutis & illæ
Oblitus, potius qua vitam poneret, illas

Quam claues; franci interea tela ignea late
Inijciunt, variaq. incendunt arte ruinam,
Moenia iamq. vndant flammis, iam Roma videtur
Troia, & in antiquas rursus considere flammas,
Hinc Franchi spectant placidi nam militat ignis,
Et pæne in cineres iam moenia cuncta misserit,
Ni vitiges senior curis vigilantibus instans
Protinus adducti soluisset fluminis vndam,
Irruit imber aquis, & pacta canalia serpens
Huc illuc tumidæ confundit robora flammæ,
Talia per campum quæ circum Aglantius haros
Agnoscens dubijs fremitat solertior orsis,
Indignumq. sui commune existimat orsum,
Inde suis fatur socij rumpenda per hostes
Ferrum inter, ferrumq. via, qua densius agmen
Armauit valida pinnas hinc inde corona,
Nulla pericla nocent virtuti, animoq. volenti,
Quare agite scutis protecti corpora longis
Nunc componamus connixi ferrea tecta,
Illi dant cuneum, voluuntq. in retia scuta,
Vt ventum ad muros Aglans gradibus sexcentis
Surgentem scalam tollens muro admouet altam
(Quales nunc vires) facili dextra extulit illam,
Quam nec sex iuuenes lecti ceruice subirent,
Contorrent hastæ telis & grandinat aer
In clypeum, & galeam gradientis tempora circum,
Aglans insistit non segnius, atq. labores
Ascensu superat, & belli detonet imbrem,
Mirandum obiectum tantis nitentibus vnus
Insistit, medio libratus in aere surgens,

Muro

Muro læua hæret vicino, nixa trabali
Contextui ſcalæ, ducitq. ad culmina greſſus,
Opponit ſcutum torrenti dextra ruinæ
Extemplo tantæ virtutis gloria multos
Arrogat ardores, ardent concurrere multi
Hinc multæ inſurgunt ſcalæ, at non talibus orſis,
Namq. alius præceps, alius ſe turbine voluit,
Ille autem ſublimis abit inuictus, & inſtat,
Et iam ſummus adeſt complexu vt prendere pinnas
Sit potis, ergo ardens in nodum corrupit hærens
Pinnam, quam circum glomerantur protinus hoſtes,
Perturbantq. manum, teliſq. frequentibus iuſtant.
Segnius haud ſuperat Aglans luctantibus illis,
Et contra nitens per tot diſcrimina vitæ
Vix ſumma inſurgit galea, cum pone moratus
Græcus libratum ſupremis vectibus ornum
Intorquet, ſurgentem humerum ſortitur & ictu,
Prenſanti è dextra namq. vt direxit aberrat,
Voluitur expulſus Aglans, ſed dextera nodo
Suſtinet excuſſum, duplicat tum verbera Græcus
Nitentem in palmã, at paulum furibundus oberrans
Sortitur pinnam, & totum ab radicibus imis
Soluit, præcipitemq. virum ſub pondere voluit,
Ille autem caſu ſub tali poneret auram,
Ni gradibus mixtus pedibus hæſiſſet aduncis,
Dentibus infrindens tumidas hinc ardet in iras,
Sub ſcuto exponit læuam, & prærupta latenter
Prenſat, at inſiſtens librato verbere Græcus
Haud partem exiguam montis contorquet & ictu,
Ceruicem proni ſortitur dextra cubantem

Ascendentis adhuc, prensantis & aspera muri,
Nil tamen obtinuit serpentem nam arma tuentur,
Quamuis contusum, reuouentem atq. ore cruorem,
Hinc Græcus dictis his spectans increpat actum
Aglantem supra, nostras ne euadere demens
Sperasti sic posse manus? ea verba loquutus
Serpenti galeæ plantas opponit, & ensem
Stringit in aduersum, scuto Aglans impedit ictum,
Inde illi stricto connitens ingruit ense
Et vibrans lateri capulo tenus abdidit ensem,
Oscitat ille vomens latera, versusq. dehiscit,
Ingenti hic sonitu super arma dedere ruinam,
Ingentem Græcum talis tulit exitus illum,
Clausbus exceptis iam latius ingrediuntur
Franci, & iam Romam diffuso milite complent,
Interea luctans murum superauerat hærens
Rinaldus, torrent superanti milite scalæ
Pugnatur sicis, miscentur sæpe palestris
Hostes, quinetiam capulis decernitur ipsis
Ardentes inter, longo nam copia ferro
Nulla datur, manibus non ulla exire potestas,
Sanguis iam sudore fluit, & sanguine sudor
Arma armis illisa fremunt atq. hostibus hostes,
Hæret, iamq. pedi pes, densus iamq. viro vir,
Scipio at interea qui Francæ cædis aceruos
More dabat, vidit supremum mœnibus hostem,
Rinaldum, & socios portas intrasse patentes
Venit summa dies, aut vincendum, aut moriendum
Dixit, & inuictum fert ardens pectus in hostem,
Mœnia iam superat, Rinaldus conspicit illum;

Non


Non alio incursu coeunt aduersa leones
In bella, aut alio cuncurrunt fulmina iactu,
Nunc pugna innixi, nunc sicis, ensibus & nunc,
Sese auellentes, capulis nunc prælia stringunt,
Ardescunt oculi, crudescunt corda labore,
Instanti & casus horrescit pugna periclo,
Conuertere oculos cuncti, & sub mente recursant,
Nunc sauos nodos, nunc crebra pericula belli,
Præcipites illi voluuntur in omnia casu,
Hæc inter scissi sudore at sanguine torrent,
At Francus cauta sortitus pectora sica
Scipiadem muro pronum prostrauit in ipso,
His ponens generosam animam dat basia muris,
Et patriam moriens summo degustat hiatu,
Hæc inter Carolus superatis pontibus ingens
Victor adest, summa quaxans insignia dextra,
Vndantis velo crucis, atq. effundere ventis
Victrices vlnas dederat, tum stipite fixo
Vexillum pandit, qui vt late concipit auram
Intumuit, captaq. minans illabitur vrbi,
Tum vero signum Franci clamore salutant,
Extoliuntq. animos, ferit aurea sydera clamor
Hoc vbi miranti conspexit lumine consul
Inuictus Fabius francorum cædis aceruos
Linquit, & in misera confusus imagine Roma
Arcana intumnit rabie, fœtusq. veneno,
Vt fari potuit frendens sic institit ore
Iam propera fortuna tuis, en pectora telis,
Roma vale, atq. vale æternum tu dic mihi Roma,
Talibus his dictis amplexu mœnia stringit,
Osculaq.

Osculaq. infigit Patriæ suprema fatiscens,
Hæc vbi desperans furijs accensus, & ira
Terribilis medios fertur moriturus in hostes
Ex illo retro fluere, ac sub lapsa referri
Francorum turba & sese obliquare repulsa,
Nam mullus audet tantæ se opponere dextræ,
Interea victis redit in præcordia virtus,
At contra bello insistens Aglantius hæros
Aduersus fulget, horrendumq. intonat armis,
Nec mora sanguineis coeunt in prælia ferris,
Inuadunt martem clypeis, pugnamq. laceßunt,
Conuertere oculos & consedere theatro
Spectantes, quare oblitus stat quisq. furorum,
Non tamen aspiciunt rediens in vulnera ferrum,
Seu clypeum dextrum, aut læuum, seu ferrea lora,
Et bellatores ipsos in turbine belli
Nequicquam fixo poßunt discernere vultu,
Sanguineis giris sed ferra effulgere visa
Iridis in morem, atq. rotis mentirier arcus,
Atque ea dum tali spectantur turbine rerum,
Ecce autem veluti fulmen erroribus actum
Intonat inde cadens disciſſo corpore Consul,
Atq. super murum, quem erexit tenditur ingens,
Sanguine perfundens Romam sua damna frementẽ,
Nuntia fama ruit dubias & contigit aures
Imduperatoris longæui, & pectora pungit,
Vrbis qui captæ vt casus, conuulsaq. vidit
Mœnia sopitos ardores excitat, atq.
Desueta arma diu, desuetum & cingitur ensem,
Canitiemq. premit galea, rugasq. genarum,

Ingen-

Ingentemq. hastam tremula vi corripit illam,
Heu quondam tremulam quã tot timuere phalanges,
Obuius hunc Carolus sortitus talibus orsum
Miratur speciem, miratur frontis honorem,
Pondere & armorum oppressum, miseratur inerme
Ardentem, hinc placidis dictis affatur anhelum,
Vlterius ne tende odijs cohibete furorem
O sooij iubeo, veneror Rex maxime canos,
Sic mea me pietas docuit, iam desere captum;
Te iuuat hinc ergo dextræ coniungere dextram,
Ille autem totum lustrabat lumine corpus
Assantis, miro perculsus pectora charo,
Tunc demum fatur cognosco quæ omnia fama
Dixit, maiorem te fama agnosco, tuosq.
Me tua me pietas vicit, qua ferre te in hostem,
Nunc iuuat; in vestram me ascribam relligionem,
His dictis paribus coeunt amplexibus ambo,
Et pariter petiunt nigratem nocte latebram
Vicarius Christi qua læto pectore claustrum
Substinet, atq. hosti venam de more precatur,
Qui simul & reduci stridentes cardine postes
Aure bibit placido præsentit pectore mortem,
Et spe martirij subita sanctissimus ardet,
Ecce autum ante oculos oritur mirabile monstrum,
Nam pariter Reges properant, & procubuerunt
In genua pariter, figeruntq. oscula plantis.

MAGI.



Magiſtri Caroli de Ligny Cameracenſis, ad Octauium Piſanum Epigramma.

Ingentem Caroli pietatem, & grandia geſta
Concinis ingenti docte Piſane tuba;
Laudibus vnde æquis pietas, & cæmina tanta
Clareſcunt, tali talia digna melo;
Ad tua perpetuam nam ducunt tempora laurum
Muſæ, atque Henrici ſuggerit orſa fauor;
Vnde mihi verſus relegenti dicere viſum eſt
Vt ceciniſſe decet, ſic ceciniſſe nitet;



OCTA-



OCTAVII PISANI

COMPENDIVM

POETICAE

INTER LOQVVTORES FRANCISCVS Monterno, & Pisanus,





STVDEO Pisanæ compendio ex te audire ea, quæ de ratione Poeticæ late in tua Poetica tradiuisti, P. sane si placet Iosephus enim Bernaldus meus nepos vtriusque iuris, philophiæ, ac Theologiæ peritissimus doctor hunc compendij modum diligit, interrogando enim, & respondendo perstringemur quæcunq. dixi, M. quot in partes distribuenda est omnis doctrina poeticæ? P. in tres, in imita-

mitationem, deinde indiuersitatem immitationis, tum in fabulam, sed imitatio dupliciter dicitur, altera inuentio & est finctio alicuius actionis seu affectus qui numquam fuit in aliquo subiecto, sed vt esse debuit, exemp. si fingamus Aeneam patrem humeris portasse, tamen nunquam fuit, sed debuit esse, Arist. ait differre poetam ab historico in eo, quo historicus vt enenerunt, poeta autem vt debuerunt euenire scribit; Immitatio ipsa dicitur altera; quæ est vnius actionis, aut affectus a proprio obiecto in aliud cum virtute mutatio exemp. si aliquod gestum Alesandri Magni fingimus a Cesare patratum; M. quid diuersitas immitationis quot modis dicitur P. primo dicimus immitari res diuersas veluti Heroe, aut seruum, sec. res genere diuerso, vt si Heroem in bello aut in mæstitia præferrimus, tert. cum modo diuerso, & non sec. eandem rationem, nempe numero, sermone, vel harmonia, aut is mictis, aut separatis; M. de fabula quid dices? P. fabula est rerum contextus, nempe actionis, & affectus, quos aut inuenisti, aut immitatus es fabulæ autem duplices sunt partes, altera quidem essentiæ, quantitatis alteræ, illæ quidem mores sententia, scena, locutio, apparatus, hæc sunt suppositio, euersio fabulæ, perturbatio, agnitio seu finis, finem enim cciuscunq. fabulæ agnitionem nomino, fabula quidem aut simplex, aut composita est, illa quidem est quæ non habet perturbationem, & agnitionem, hæc autem habet, est

etiam

etiam tertium genus quod dicitur decas, & sunt quæcunq. non possunt scenis præferri commode ante oculos auditorum, exemp. Decades Ioannis Boccaci, exemp. fabulæ simplicis præter illas quæ apud Terentium in Heaueton. & Plautum in Mustel. reperiuntur Vlixeam scrutabimur, fabula enim hæc est, Vlixes prudens post Troiam euersam vidit mores multorum, interea domus sua a procis iactatur, tandem ipse redit in domum & vlciscitur iniurias procorum; Troiam fuisse euersam, & procos inuasisse domum sunt suppositio, mores sunt Vlixem fuisse prudentem; fabula autem composita hæc est post Hælenam raptã Græci venerunt vlciscendi iniuriam inter quos Achilles venit omnium fortissimus, hic autem Agam. iratus non præliatur, quare Græci ab Hectore iactantur, inter quos Patroclus ab Hectore occiditur, quare Achilles irascitur Troianis, & ipsum Hectorē occidit, qui erat spes Troianorum; mores sunt Achillem omnium esse fortissimum suppositio est Helenam fuisse raptam & Chriseidem raptam Achilli ab Agamenone, vnde Achilles iratus Græcis nou vult præliari quare Hettor multos Græcos occidit, hoc enim est euersio fabulæ & perturbatio, nam inceptum perturbatur, inter quam perturbationem Patroclus occiditur vnde Achrlles Troianis iratus Hettorem occidit, hoc enim est agnitio quæ est finis, qui ideo agnitio dicirur, quod in mente auditoris generat agnitionem quandam, nam auditor ob euersionem fabulæ

bulæ & perturbationem ignorabat quomodo ad finem præpositum poterat perueni; in suppositione autem illud precipue notandum est, nempe quicquid fingitur accidens, id in suppositione incoetur, & hac regula innectemus episodia, vt latæ dixi; Scena autem iuxta ea quæ dixi apud Arist. habetur apparatus, sed ego hæc ex ipso Arist. Scena est vnius, aut multiplicis sensus, vnius est cũ nihil præter quam id quod videt auditor habet in mente, exemp. est cum dominus loquitur seruo, si vero hostis hosti, tunc auditor præter apparentia recursat in mente illud nouum, & tunc dicetur scena multiplici sensus, pulchræ autem scenæ illa est regula, vt semper aliud recurset auditor, prȩter it, quod videt; triplex autem apud Arist. reperitur, primus modus, cum agens agnoscit suum facinus, & agit, exemp. Dido cum occidit sese ipsam, secund. modus est ignorantium, & facientium, exemp. Tancredus occidens Clorindam, tert. modus, ab ignorantibus, & inter opus agnoscentibus, vt Aedippus quærens occisorem patris M. quid de moribus? P. in moribus quatuor sunt obseruanda p. obseruantiam prȩsefert Horat., ætatis cuiusq. notandi sint tibi mores, &c. sec. sit conuenientia, nempe fortitudo non decet molierem, tert. seruetur suppositum, Horat. qualis ab incepto, talis seruetur ad imum, quarto, vt equali tenore præcedat, M. quid abes de sententia dicere P. nihil, quoniam satis in rethorica mea dictum est, tantum quæ huc spectant dicam

poeta

poeta accipiet in persuasione dispotionem hanc, nempe honestum facile, vtile, necessarium, & inueniat quemodum fidem faciat, & motum in animis afferat vide Cic. in partitionibus; in eloquutione de ornamento dicam quæ ex Arist., & Scaligero, ornamentum est quicquid a proprio alienum, & hoc in verbis in sensibus, & sententijs, hoc late habetur in figuris, de vna tantum dicam quam Græci leges sermonis appellant, quæ consistit in copula verborum Hom. Omnia sed postquam pectus circa induit arma, vbi per affinitatem verborum ponitur ante oculos homo armatus, Virg. sic fatus latos humeros,&c. vbi per affinitatem verborum humeros stratos pelle leonis prefert,ratio autem ex tert. Ret. prim. colligitur hæc sunt verba Præ oculis igitur pronuntur quæcunq. significanter geri aliquid ostendunt, hoc autem ostendit affinitas verborum; M. ad eloquutionem P. quatuor sunt notanda primum finē eloquutionis esse rem ante oculos auditoris ponere sec. omnia posse pluribus modis dici, tertio ex his seligendum esse particulare quæ situm apposite ad persuationem, quarto ex his construatur eloquutio, exemp. si velimus dicere hæc, cum essem in dubijs contrarijs ex sententia mihi visa est melior. Hæc alternantem firmat sententia mentem illud (alternantem) est quæsitum apposite ad demostrationem animi dubitantis, (alternantem firmat) est illa affinitas verborum; stilus autem ex Scaligero triplex coligitur prim. est vmilis, in

quo nihil est a proprio alienum Ouid. qui modo Nasonis fueramus quinque libelli, mediocris est cum in verbis tantum est aliquid a proprio alienum Virg. Tuque in vade viam, alius vero est cum tam secundum verba quam secundum rem idest sensum & sententiam est quid a proprio alienum Virg. Geminiq. minantur in cælum Scopuli M. dic de conditionibus fabulæ P. conditiones fabulæ hæc sunt sit iustæ magnitudinis, idest habeat principium medium, & finem, exemp. Ira Achillis principium sumit ab altercatione cum Agamenone, medium erit strax Græcorum finis erit, strax Troianorum, secundo mente retinere possit, tertia non possit neque addi, quarta non possit transponi, quinto contineat quicquid a proprio alienum; vt pericula monstra res varias, mira M. quid habes de miro dicere? P. mirum euenit aut propter ignorantiam causarum exemp. eclypsis solis est quod mirũ ignorantibus interpositionem lunæ, inter solem, & terram, secundo cum videmus id euenisse quod minus putabamus euenturũ, exemp. statua Minci, quæ occidit ruens occisorem Minci, M. dic quomodo hoc mirum referatur ad agnitionem, P. agnitio tribus modis fit primus est qni dicitur. Adhæc, cum per aliquod extrinsecum cognoscimus aliquid exemp. in Andria vbi Gricelium agnoscitur per quendam extraneum virum secundus modus est, quid dicitur. Per hæc, idest per quodam accidens agnoscitur aliquid, vt Vlixes agnoscitur ob cicatrices, ter-

tertius est quid dicitur Ex his, ideſt cũ ex propria textura fabulæ, & ſuopte impulſu aliquid agnoſcitur exemp. Aedippus cum ſeſe agnoſcit parricidam M. quoniam dixiſti vniuerſaliter de his ad particularem tragœdiæ, Epicæ ac ditirambicæ Poeſis expoſitionem deuenias. P. in Tragœdia tantum dicam nempe de flebile, nam reliquæ ſex eius partes ſatis notæ ſunt. In flebile antem tria ſunt conſideranda, nempe flebile, impium, iuſtum, impium eſt quando aliquis ſine peccato patitur malum, iuſtum eſt quando aliquis æque peccat, at punitur, flebile eſt quando aliquis humano quodam errore maximo ſupplicio affligitur, quare Adippus cum agnoſcit ſe Parricidam, & alia ſcelera non eſt quoddam flebile, ſed impium, Turnus cum obijcit pectus Aeneæ non eſt quoddam flebile, ſed impium ex eo quod nihil peccarunt, illud eſt vero flebile cum Dido humano quodam errore incidit in maximum dedecus, vnde ſibi mortem infert, & ſic etiam Priamus vbi quodam humano errore iacit telum imbelle, & ſine viribus Pirrho, a quo deinde dilaniatur, iuſtum vero eſt quando Hector ab Achille occiditur, qui ſuum Patroclum occidit, atque hic notandum ex mea ſententia non eſſe adeo obſeruandum præceptum Ariſt. in quo tradit non debere eſſe virum maxime virtutis, qui in peccatum incidat, ſed mediocris virtutis, quod mihi nentiquam probatur, nam non eſſet flebile, neque mirum. M. quid habes de comædia dicere,

quo nihil est à proprio alienum Ouid. qui modo Nasonis fueramus quinque libelli, mediocris est cum in verbis tantum est aliquid a proprio alienum Virg. Tuque in vade viam, altus vero est cum tam secundum verba quam secundum rem idest sensum & sententiam est quid a proprio alienum Virg. Geminiq. minantur in cælum Scopuli M. dic de conditionibus fabulæ P. conditiones fabulæ hæc sunt sit iustæ magnitudinis, idest habeat priucipium medium, & finem, exemp. Ira Achillis principium sumit ab altercatione cum Agamenone, medium erit strax Græcorum finis erit, strax Troianorum, secundo mente retinere possit, tertia non possit neque addi, quarta non possit transponi, quinto contineat quicquid a proprio alienum; vt pericula monstra res varias, mira M. quid habes de miro dicere? P. mirum euenit aut propter ignorantiam causarum exemp. eclypsis solis est quod mirũ ignorantibus interpositionem lunæ, inter solem, & terram, secundo cum videmus id euenisse quod minus putabamus euenturũ, exemp. statua Minci, quæ occidit ruens occisorem Minci, M. dic quomodo hoc mirum referatur ad agnitionem, P. agnitio tribus modis fit primus est qni dicitur. Adhæc, cum per aliquod extrinsecum cognoscimus aliquid exemp. in Andria vbi Gricelium agnoscitur per quendam extraneum virum secundus modus est, quid dicitur. Per hæc, idest per quodam accidens agnoscitur aliquid, vt Vlixes agnoscitur ob cicatrices,

ter-

tertius est quid dicitur Ex his, ideft cũ ex propria textura fabulæ, & suopte impulsu aliquid agnoscitur exemp. Aedippus cum sese agnoscit parricidam M. quoniam dixisti vniuersaliter de his ad particularem tragœdiæ, Epicæ ac ditirambicæ Poesis expositionem deuenias. P. in Tragœdia tantum dicam nempe de flebile, nam reliquæ sex eius partes satis notæ sunt. In flebile antem tria sunt consideranda, nempe flebile, impium, iustum, impium est quando aliquis sine peccato patitur malum, iustum est quando aliquis æque peccat, at punitur, flebile est quando aliquis humano quodam errore maximo supplicio affligitur, quare Adippus cum agnoscit se Parricidam, & alia scelera non est quoddam flebile, sed impium, Turnus cum obijcit pectus Aeneæ non est quoddam flebile, sed impium ex eo quod nihil peccarunt, illud est vero flebile cum Dido humano quodam errore incidit in maximum dedecus, vnde sibi mortem infert, & sic etiam Priamus vbi quodam humano errore iacit telum imbelle, & sine viribus Pirrho, a quo deinde dilaniatur, iustum vero est quando Hector ab Achille occiditur, qui suum Patroclum occidit, atque hic notandum ex mea sententia non esse adeo obseruandum præceptum Arist. in quo tradit non debere esse virum maxime virtutis, qui in peccatum incidat, sed mediocris virtutis, quod mihi nentiquam probatur, nam non esset flebile, neque mirum. M. quid habes de comædia dicere,

P. dicam de ridiculo tantum, ridiculum eſt, turpidudo ſine dolore, exempli gratia naſus obliquns in aliqua facie, ſed opus eſt, vt ſit conditio ſine qua non, quæ eſt contemptus; nam ſi non erit turpitudo ſine dolore; exempli gratia, ſi aliquis publicus hiſtrio ſit de formis faciе, ex eo quod in ipſo non eſt quid turpe, non erit ridiculum, ex hoc patet viros magnæ grauitatis ſæpius eſſe magis ridiculos, quam cæteros, ex eo quod magis turpe poteſt accidere illis, in quibus eſt grauitas, quam in illis, in quibus non eſt, dummodo ſit ſine illorum dolore, M. Ad epicam poeſin. P. poema epicum, opus eſt eſſe vnam actionem vnius, ſed hæc vnitas actionis ex Ariſtot. prçceptis hoc modo diffinitur, eſt actio vnita in latitudinem excreſcens, exempli gratia, ira Achillis, quæ exprimitur (ideſt excreſcit in latitudinem) hoc modo nempe in paſſionem; & actionem diſtincta; paſſio eſt, quæcunq. ſcribit Homerus eueniſſe ob abſentiam ipſius, actio eſt quæcunq. ſcripſit ob præſentiam, quare Vliſſea videtur, non eſſe poema epicum, ex eo quod non eſt vna actio vnius, Aeneis etiam non eſt vna actio, nam Virgilius canit arma & virum, & non actionem viri, Taſſus neque ſuum poema epicis legibus perfecit, ex eo quod non vnam actionem Gofredi, ſed arma virumq. cecinit, actio enim, (vt late in poetica diximus) opus eſt, vt ſit ſpecifica & non generica, exempli gratia pietas, & ira, quæ non

ſunt

sunt genera, sed species quæ exprimuntur per sua particularia, vt late videtur in Iliade. Et ex hoc colligitur mens Aristotelis, in illo textu, vbi dicit Homerum. Egregie scripsisse, quia non omnia, quæ Vlissi acciderant scripsit, vt esse saucium in Parnasso,& tamen Homerus scripsit,itaq. sic ego interpretor Arist., non scripsit Homerus, vt totum quoddam, sed vt partem errorum; Magnitudo autem fabulæ epicæ opus, vt sit ex incommoditate ad commoditatem; & sic poema obseruatis prædictis erit vnum, totum & iustæ magnitudinis. At poema epicum opus est, vt sit Heroicum nam opus est constare ex actione Heroica, exempli gratia Ilias est poema epicum, quia constat ex vna actione, sed ira Achillis non est actio Heroica, immo iracundi cuiusdam hominis, itaq. est epicum poema, sed non Heroicum, M. dices aliquid de virtute Heroica. P. non possum hic perstringere tanta, scis enim librum quem de virtute Heroica in scripsi esse longum, quare redeam vnde huc deflexímus, poema Aeneidos cum præseferat pietatem Aeneæ præfert actionem Heroicam, sed non est epicum, quia Virgilius canit arma virumq. non pietatem, si autem quæ in armis Aeneæ, & in ipsius persona dixit referrentur ad vnā pietatem tunc esset poema epicum, & Virgilius dixisset cano pietatem Aeneæ, sic etiam Torquatus Tassus construxit suum poema Heroicum, in eo, in quo canit regimen exercitus Gofredi, tamen non est epicum, propter

easdem rationes. Sed notandum ipsam actionem deberi coarctari hac differentia nempe differentia finis verbi gratia, pietas nõ sumatur vbicunq. possumus illa vti, sed in proposita actione vt verbi gratia pietas in hostem, pietas enim Caroli erga Romam est poema epicum, & Heroicum, nam est actio Heroica, & excrescit in suam latitudinem actionis, & passionis, illud autem non possum non mirari apud Virgilium, Tassum, & Homerum, quare cum scribant bella, & Duces, & nihil magno duce dignum scribant, exempli gratia quomodo captetur melior conditio, strategemata militaria, & regimina exercituum, & rationes status, hæc enim studui in meo poemate accuratim explicare, & multa quæ nil ad Heroem spectant ommisi, & non ægre tuli meum poema esse adeo breue, ex eo quod illos sermones quos adeo longos introducit Homerus liqui, quoniam duobus verbis omnia possunt discurri inter milites, verisimilius enim est milites breuiter, quam longe discurrere, poeta enim potius verisimile quam verum ipsum euentum describet, nam verum est proprium Historici, vt diximus, Virgilius enim poterat intermittere multa, quæ longo admodum sermone explicat, & secundum regulam Aristotelis possunt detrahi non vastando mortem Turni, exemp. Episodium Didonis, & descensus ad inferos, & Tassus in suo poemate nuper impresso addidit multa quę possent subtrahi, at de fabula id dicam neque in Aeneide, neque in poe-

in poemate, Taffi neque in Vlixea effe fabulæ partes nempe perturbationem, & agnitionem, vt late dixi, M. dic aliquid de tua locutioue. P. ego enim fateor me multum licentiæ fumpfiffe, ficuti vt exprimerem figuram oui, dixi ouare, & vt magnum clamorem oftenderem, voare dixi, præcipue me iuuit illa relatio verborum, cuius ergo precor lectores, vt texturæ verborum diligenter rationem habeant; fed ad meam fabulam, quæ hæc eft, Carolus motus pietate erga Romam, voluit illam eripere Gothis, & Pontificis fummi imperio reftituere Defiderius enim Romam occupauerat, & Attilam fidei innimicum imperij hæredem fecerat, quare nunquam Romam cepiffet Carolus nifi Attilam, & fic non poteft detrahi non ita apud Homerum, vbi Achilles ex fuppofito occideffet Hettorem, licet ipfe non occidiffet Patroclum, M. ad lirica, P. liricæ poefis proprium eft exprimere affectum ficuti epicæ actionem in hac enim Francifcus Petracha optimus, M. dic quare infcripfifti poema pietas, P. mihi vifum fuit poema effe infcribendum nomine actionis nomen enim totum præferre debet, M. iam mihi videtur quæcunq. in tua poetica dixifti effe accurate defcripta & compendio per ftrincta fatis.



mitationem, deinde indiuersitatem immitationis, tum in fabulam, sed imitatio dupliciter dicitur, altera inuentio & est finctio alicuius actionis seu affectus qui numquam fuit in aliquo subiecto, sed vt esse debuit, exemp. si fingamus Aeneam patrem humeris portasse, tamen nunquam fuit, sed debuit esse, Arist. ait differre poetam ab historico in eo, quo historicus vt enenerunt, poeta autem vt debuerunt euenire scribit; Immitatio ipsa dicitur altera; quæ est vnius actionis, aut affectus a proprio obiecto in aliud cum virtute mutatio exemp. si aliquod gestum Alesandri Magni fingimus a Cesare patratum; M. quid diuersitas immitationis quot modis dicitur P. primo dicimus immitari res diuersas veluti Heroë, aut seruum, sec. res genere diuerso, vt si Heroem in bello aut in mæstitia præferrimus, tert. cum modo diuerso, & non sec. eandem rationem, nempe numero, sermone, vel harmonia, aut is mistis, aut separatis; M. de fabula quid dices? P. fabula est rerum contextus, nempe actionis, & affectus, quos aut inuenisti, aut immitatus es fabulæ autem duplices sunt partes, altera quidem essentiæ, quantitatis alteræ, illæ quidem mores sententia, scena, locutio, apparatus, hæc sunt suppositio, euersio fabulæ, perturbatio, agnitio seu finis, finem enim cciuscunq. fabulæ agnitionem nomino, fabula quidem aut simplex, aut composita est, illa quidem est quæ non habet perturbationem, & agnitionem, hæc autem habet, est

etiam

etiam tertium genus quod dicitur decas, & sunt quæcunq. non possunt scenis præferri commode ante oculos auditorum, exemp. Decades Ioannis Boccaci, exemp. fabulæ simplicis præter illas quæ apud Terentium in Heaueton. & Plautum in Mustel. reperiuntur Vlixeam scrutabimur, fabula enim hæc est, Vlixes prudens post Troiam euersam vidit mores multorum, interea domus sua a procis iactatur, tandem ipse redit in domum, & vlciscitur iniurias procorum; Troiam fuisse euersam, & procos inuasisse domum sunt suppositio, mores sunt Vlixem fuisse prudentem; fabula autem composita hæc est post Hælenam raptã Græci venerunt vlciscendi iniuriam inter quos Achilles venit omnium fortissimus, hic autem Agam. iratus non præliatur, quare Græci ab Hectore iactantur, inter quos Patroclus ab Hectore occiditur, quare Achilles irascitur Troianis, & ipsum Hectorẽ occidit, qui erat spes Troianorum; mores sunt Achillem omnium esse fortissimum, suppositio est Helenam fuisse raptam & Chriseidem raptam Achilli ab Agamenone, vnde Achilles iratus Græcis non vult præliari quare Hettor multos Græcos occidit, hoc enim est euersio fabulæ & perturbatio, nam inceptum perturbatur, inter quam perturbationem Patroclus occiditur vnde Achrlles Troianis iratus Hettorem occidit, hoc enim est agnitio quæ est finis, qui ideo agnitio dicirur, quod in mente auditoris generat agnitionem quandam, nam auditor ob euersionem fa-

bulæ

bulæ & perturbationem ignorabat quomodo ad finem præpositum poterat perueni; in suppositione autem illud precipue notandum est, nempe quicquid fingitur accidens, id in suppositione incoetur, & hac regula innectemus episodia, vt latæ dixi; Scena autem iuxta ea quæ dixi apud Arist. habetur apparatus, sed ego hæc ex ipso Arist. Scena est vnius, aut multiplicis sensus, vnius est cũ nihil præter quam id quod videt auditor habet in mente, exemp. est cum dominus loquitur seruo, si vero hostis hosti, tunc auditor præter apparentia recursat in mente illud nouum, & tunc dicetur scena multiplici sensus, pulchræ autem scenæ illa est regula, vt semper aliud recurset auditor, pręter it, quod videt; triplex autem apud Arist. reperitur, primus modus, cum agens agnoscit suum facinus, & agit, exemp. Dido cum occidit sese ipsam, secund. modus est ignorantium, & facientium, exemp. Tancredus occidens Clorindam, tert. modus, ab ignorantibus, & inter opus agnoscentibus, vt Aedippus quærens occisorem patris M. quid de moribus? P. in moribus quatuor sunt obseruanda p. obseruantiam pręsefe-rat Horat., ætatis cuiusq. notandi sint tibi mores, &c. sec. sit conuenientia, nempe fortitudo non decet molierem, tert. seruetur suppositum, Horat. qualis ab incepto, talis seruetur ad imum, quarto, vt equali tenore præcedat, M. quid abes de sententia dicere P. nihil, quoniam satis in rethorica mea dictum est, tantum quæ huc spectant dicam

poeta

poeta accipiet in persuasione dispotionem hanc, nempe honestum facile, vtile, necessarium, & inueniat quemodum fidem faciat, & motum in animis afferat vide Cic. in partitionibus; in eloquutione de ornamento dicam quæ ex Arist., & Scaligero, ornamentum est quicquid a proprio alienum, & hoc in verbis in sensibus, & sententijs, hoc late habetur in figuris, de vna tantum dicam quam Græci leges sermonis appellant, quæ consistit in copula verborum Hom. Omnia sed postquam pectus circa induit arma, vbi per affinitatem verborum ponitur ante oculos homo armatus, Virg. sic fatus latos humeros,&c. vbi per affinitatem verborum humeros stratos pelle leonis prefert.ratio autem ex tert. Ret. prim. colligitur hæc sunt verba Præ oculis igitur pronuntur quæcunq. significanter geri aliquid ostendunt, hoc autem ostendit affinitas verborum; M. ad eloquutionem P. quatuor sunt notanda primum finē eloquutionis esse rem ante oculos auditoris ponere sec. omnia posse pluribus modis dici, tertio ex his seligendum esse particulare quæ situm apposite ad persuationem, quarto ex his construatur eloquutio, exemp. si velimus dicere hæc, cum essem in dubijs contrarijs ex sententia mihi visa est melior. Hæc alternantem firmat sententia mentem illud (alternantem) est quæsitum apposite ad demostrationem animi dubitantis, (alternantem firmat) est illa affinitas verborum; stilus autem ex Scaligero triplex coligitur prim. est vmilis, in

quo nihil est à proprio alienum Ouid. qui modo Nasonis fueramus quinque libelli, mediocris est cum in verbis tantum est aliquid a proprio alienum Virg. Tuque in vade viam, altus vero est cum tam secundum verba quam secundum rem idest sensum & sententiam est quid a proprio alienum Virg. Geminiq. minantur in cælum Scopuli M. dic de conditionibus fabulæ P. conditiones fabulæ hæc sunt sit iustæ magnitudinis, idest habeat priucipium medium, & finem, exemp. Ira Achillis principium sumit ab altercatione cum Agamenone, medium erit strax Græcorum finis erit, strax Troianorum, secundo mente retinere possit, tertia non possit neque addi, quarta non possit transponi, quinto contineat quicquid a proprio alienum; vt pericula monstra res varias, mira M. quid habes de miro dicere? P. mirum euenit aut propter ignorantiam causarum exemp. eclypsis solis est quod mirũ ignorantibus interpositionem lunæ, inter solem, & terram, secundo cum videmus id euenisse quod minus putabamus euenturũ, exemp. statua Minci, quæ occidit ruens occisorem Minci, M. dic quomodo hoc mirum referatur ad agnitionem, P. agnitio tribus modis fit primus est qni dicitur. Adhæc, cum per aliquod extrinsecum cognoscimus aliquid exemp. in Andria vbi Gricelium agnoscitur per quendam extraneum virum secundus modus est, quid dicitur. Per hæc, idest per quodam accidens agnoscitur aliquid, vt Vlixes agnoscitur ob cicatrices,

ter-

tertius est quid dicitur Ex his, ideſt cũ ex propria textura fabulæ, & ſuopte impulſu aliquid agnoſcitur exemp. Aedippus cum ſeſe agnoſcit parricidam M. quoniam dixiſti vniuerſaliter de his ad particularem tragœdiæ, Epicæ ac ditirambicæ Poeſis expoſitionem deuenias. P. in Tragœdia tantum dicam nempe de flebile, nam reliquæ ſex eius partes ſatis notæ ſunt. In flebile antem tria ſunt conſideranda, nempe flebile, impium, iuſtum, impium eſt quando aliquis ſine peccato patitur malum, iuſtum eſt quando aliquis æque peccat, at punitur, flebile eſt quando aliquis humano quodam errore maximo ſupplicio affligitur, quare Adippus cum agnoſcit ſe Parricidam, & alia ſcelera non eſt quoddam flebile, ſed impium, Turnus cum obijcit pectus Aeneæ non eſt quoddam flebile, ſed impium ex eo quod nihil peccarunt, illud eſt vero flebile cum Dido humano quodam errore incidit in maximum dedecus, vnde ſibi mortem infert, & ſic etiam Priamus vbi quodam humano errore iacit telum imbelle, & ſine viribus Pirrho, a quo deinde dilaniatur, iuſtum vero eſt quando Hector ab Achille occiditur, qui ſuum Patroclum occidit, atque hic notandum ex mea ſententia non eſſe adeo obſeruandum præceptum Ariſt. in quo tradit non debere eſſe virum maxime virtutis, qui in peccatum incidat, ſed mediocris virtutis, quod mihi nentiquam probatur, nam non eſſet flebile, neque mirum. M. quid habes de comædia dicere,

P. dicam de ridiculo tantum, ridiculum est, turpidudo sine dolore, exempli gratia nasus obliquns in aliqua facie, sed opus est, vt sit conditio sine qua non, quæ est contemptus; nam si non erit turpitudo sine dolore; exempli gratia, si aliquis publicus histrio sit de formis facie, ex eo quod in ipso non est quid turpe, non erit ridiculum, ex hoc patet viros magnæ grauitatis sæpius esse magis ridiculos, quam cæteros, ex eo quod magis turpe potest accidere illis, in quibus est grauitas, quam in illis, in quibus non est, dummodo sit sine illorum dolore, M. Ad epicam poesin. P. poema epicum, opus est esse vnam actionem vnius, sed hæc vnitas actionis ex Aristot. pręceptis hoc modo diffinitur, est actio vnita in latitudinem excrescens, exempli gratia, ira Achillis, quæ exprimitur (idest excrescit in latitudinem) hoc modo nempe in passionem; & actionem distincta; passio est, quæcunq. scribit Homerus enenisse ob absentiam ipsius; actio est quæcunq. scripsit ob præsentiam, quare Vlissea videtur, non esse poema epicum, ex eo quod non est vna actio vnius, Aeneis etiam non est vna actio, nam Virgilius canit arma & virum, & non actionem viri, Tassus neque suum poema epicis legibus perfecit, ex eo quod non vnam actionem Gofredi, sed arma virumq. cecinit, actio enim, (vt late in poetica diximus) opus est, vt sit specifica & non generica, exempli gratia pietas, & ira, quæ non

sunt

sunt genera, sed species quæ exprimuntur per sua particularia, vt late videtur in Iliade. Et ex hoc colligitur mens Aristotelis, in illo textu, vbi dicit Homerum. Egregie scripsisse, quia non omnia, quæ Vlissi acciderant scripsit, vt esse saucium in Parnasso, & tamen Homerus scripsit, itaq. sic ego interpretor Arist., non scripsit Homerus, vt totum quoddam, sed vt partem errorum; Magnitudo autem fabulæ epicæ opus, vt sit ex incommoditate ad commoditatem; & sic poema obseruatis prædictis erit vnum, totum & iustæ magnitudinis. At poema epicum opus est, vt sit Heroicum nam opus est constare ex actione Heroica, exempli gratia Ilias est poema epicum, quia constat ex vna actione, sed ira Achillis non est actio Heroica, immo iracundi cuiusdam hominis, itaq. est epicum poema, sed non Heroicum, M. dices aliquid de virtute Heroica. P. non possum hic perstringere tanta, scis enim librum quem de virtute Heroica in scripsi esse longum, quare redeam vnde huc deflexim us, poema Aeneidos cum præseferat pietatem Aeneæ prefert actionem Heroicam, sed non est epicum, quia Virgilius canit arma virumq. non pietatem, si autem quæ in armis Aeneæ, & in ipsius persona dixit referrentur ad vnã pietatem tunc esset poema epicum, & Virgilius dixisset cano pietatem Aeneæ, sic etiam Torquatus Tassus construxit suum poema Heroicum, in eo, in quo canit regimen exercitus Gofredi, tamen non est epicum, propter

easdem rationes. Sed notandum ipsam actionem deberi coarctari hac differentia nempe differentia finis verbi gratia, pietas nõ sumatur vbicunq. possumus illa vti, sed in proposita actione vt verbi gratia pietas in hostem, pietas enim Caroli erga Romam est poema epicum, & Heroicum, nam est actio Heroica, & excrescit in suam latitudinem actionis, & passionis, illud autem non possum non mirari apud Virgilium, Tassum, & Homerum, quare cum scribant bella, & Duces, & nihil magno duce dignum scribant, exempli gratia quomodo captetur melior conditio, strategemata militaria, & regimina exercituum, & rationes status, hæc enim studui in meo poemate accuratim explicare, & multa quæ nil ad Heroem spectant ommisi, & non ægre tuli meum poema esse adeo breue, ex eo quod illos sermones quos adeo longos introducit Homerus liqui, quoniam duobus verbis omnia possunt discurri inter milites, verisimilius enim est milites breuiter, quam longe discurrere, poeta enim potius verisimile quam verum ipsum euentum describet, nam verum est proprium Historici, vt diximus, Virgilius enim poterat intermittere multa, quæ longo admodum sermone explicat, & secundum regulam Aristotelis possunt detrahi non vastando mortem Turni, exemp. Episodium Didonis, & descensus ad inferos, & Tassus in suo poemate nuper impresso addidit multa quę possent subtrahi, at de fabula id dicam neque in Aeneide, neque

in poe-

in poemate, Taſſi neque in Vlixea eſſe fabulæ partes nempe perturbationem, & agnitionem, vt late dixi, M. dic aliquid de tua locutioue. P. ego enim fateor me multum licentiæ ſumpſiſſe, ſicuti vt exprimerem figuram oui, dixi ouare, & vt magnum clamorem oſtenderem, voare dixi, præcipue me iuuit illa relatio verborum, cuius ergo precor lectores, vt texturæ verborum diligenter rationem habeant; ſed ad meam fabulam, quæ hæc eſt, Carolus motus pietate erga Romam, voluit illam eripere Gothis, & Pontificis ſummi imperio reſtituere Deſiderius enim Romam occupauerat, & Attilam fidei innimicum imperij hæredem fecerat, quare nunquam Romam cepiſſet Carolus niſi Attilam,& ſic non poteſt detrahi non ita apud Homerum, vbi Achilles exſuppoſito occideſſet Hettorem, licet ipſe non occidiſſet Patroclum, M. ad lirica, P. liricæ poeſis proprium eſt exprimere affectum ſicuti epicæ actionem in hac enim Franciſcus Petracha optimus, M. dic quare inſcripſiſti poema pietas,P.mihi viſum fuit poema eſſe inſcribendum nomine actionis nomen enim totum præferre debet, M. iam mihi videtur quæcunq. in tua poetica dixiſti eſſe accurate deſcripta & compendio per ſtrincta ſatis.



Errata sic corrige.

Car.	lin.	error.	corr.
16	9	valiam	Italiam
7	3	Hiberna,	Brumalis,
19	13	pronnnm	pronum
18	20	sociens	socius.
23	11	bonores	honores
23	1	arctus	arcus
28	1	vrgeretur	vrgeretus
197	10	phasundit	phabus,
153	6	antemas	antennas
42	27	insigaia	insignia
ibid.	12	Petit	petit
30	18	remittant	fremitant
41	19	siut	sinit
4	1	custra	castra
41	14	vis etis	visetis

Car.	lin.	error.	corr.
ibid.	5	veara	verbera.
53	19	perge	pergere
59	24	deiemo,	decimo
52	20	hac rectore	hac sub pectore
65	26	spatim	spatium
ibid.	24	rectim	ictum
77	28	in labore	labore
44	1	de tonat	detones
83	13	Romam	Roma
65	30	cocto	caco
100	23	nutri	tumidam.
99	24	aduersq.	aduerso
111	2	nixuram	actincturā.

Ego

EGo Scipio Paſcalius V. I. D. ex mandato Reuerendiſſi P. D. Magiſtri ſacri Palatij vidi,& nihil animaduerſi aut a fide , aut a bonis moribus alienum . die . 27. Ianuarij . 1603. quare dignum imprimi cenſeo .

Scipio Paſcalius manu propria.

Imiprmatur , ſi placet R. P. Magiſtri ſacri Palatij .

B. Gypſius Viceſger.

Imprimatur ,

F. Angelus Baronius Venetus Magiſter & ſocius Reuerendiſsi P. M. ſacri Palatij Ord. Præd.

Rege-



Regeſtum.

A B C D E F G H I K L M N
O P Q R S T.

Omnia ſunt folia integra.



R O M AE,

Apud Gulielmum Facciottum. 1603.

SVPERIORVM PERMISSV.